



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Detectio Nvgarvm Lvtheri, Cvm Declaratione Veritatis
Catholicae, Et Confvtatione Dogmatvm Lvtheranorvm**

Bundere, Jan van den

Louanij, 1551

urn:nbn:de:hbz:466:1-35621



ad p[er]p[etuum]

I sic . n . d[omi]n[us] i[n] op[er]o i[n] dies
lib[er] mense[m] specia[li]a no[m]i[n]a h[ab]e[n]t
denominat[ur] om[n]is alii dies ap[er]t[ur]e
fionib[us] m[un]ialib[us]

Dies iudiciales mensu[m] d[omi]n[us]
q[ui] colende q[ui] p[ri]ma dies au[re] mensis
celebat[ur] antiquit[er] i[n] honore iunonis
v[er]u[m] d[omi]n[u]s i[n] factis

as iunonis cura kalendas
lende a k[al]o q[ui] i[n] uoto q[ui] p[re]co af[er]e[n]t
cedat locu[m] emittit[ur] et clamabat[ur]
ens k[al]o q[ui] dies erat usq[ue] ad n[un]c

pa[re]re kalendas
quarto die a[n] nonas
die a[n] v[er]s[us]
lens
a q[ui]ro
p[er] die v[er]s[us]
sequens
sequit[ur] et e[st] sens[us]
p[er] die kalendas
sic de alijs
de sequere
si de p[re]cedere sic mentis
p[er] die n[on] scio
p[er] die kalendas

Handwritten marginal notes in a cursive script, likely a gloss or commentary on the main text.

Handwritten notes at the top of the page, possibly indicating the source or date of the manuscript.

Quis fax: faber fo
varius.

Quod librum nisi dudu
remudato ingruos u
ayo gratius, At utinam
aliquando daretur fac
tas reformandi:

~~...~~
~~...~~
~~...~~
Liber Thomae Stael Mon
n. 1 b 20.

Etiam primum sunt q nos ad honorandum
sanctorum meritis, in i. Galliarum
lib. rom. 2. Jurisdictionis exemplum
3. Prorogationis subsidium

Th. 1699.

F 11

30

... ..

DETECTIO NV-
GARVM LVTHERI, CVM DE-
CLARATIONE VERITATIS CAS-
THOLICAE, ET CONFVTA-
TIONE DOGMATVM
LVTHERANO-
RVM.

*Reuelabunt cœli iniquitatem eius, Et terra
consurget aduersus eum. Iob. xx.*

Liber T.S.

*Act. Monasterii
n. 10-*



Louanij
Ex officina Bartholomei Grauij
1551.

Cum Gratia & Priuilegio C.M.

Tenor Priuilegij
CAESAREI.

Carolus Quintus diuina prouidentia, Romano-
rum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ,
Hispaniarum, Castellæ, &c. Rex. Exhibita fuit no-
bis supplicatio à Martino Rotario Bibliopola Louani-
ensi iurato, qua indicabat se imprimi cupere Detectionē
nugarū Lutheri, nouiter æditam, & à D. Ruardo Tap-
par, Sacræ Theologiæ professore, almæ Vniuersitatis
Louaniensis Cancellario, & Decano S. Petri visitatam,
& approbatā. His rebus moti, illius supplicationi con-
sensimus, annuimus, & tribuimus his nostris literis, vt
eandem Detectionem nugarum Lutheri excudi curet,
excusamq; vendat, & distribuatur per omnes nostras diti-
ones. Prohibentes vniuersis Typographis, Bibliopolis,
aliisq; vniuersis, ne prædictam Detectionem nugarum
Lutheri in nostra ditione excudant, aut alibi excusam
vendant aut distribuatur intra tempus trium annorum
proximè sequentium, sub pœna in literis nostris dicta.

Mandamus igitur omnibus Officiatis, & administris
iustitiæ per Brabantiam, vt illum in suo priuilegio adiu-
uent, & tucatur, vt latius patet in literis illi à nobis con-
cessis. Datū Bruxel. Anno M. D. LI. 7. Septembris.

Subsignatum

Per Cæsarem ad relatio-
nem Consiliariorum.

L. de Zoete.

IN CANDIDOS LECTORES

F. Petri Pistorii Dominicani carmen.

Cernite quàm vario Lutherus concidat ictu,

Quotq; gerat telis vulnera facta suis,

Illum exarmauit, diroq; infecta veneno

Vertit in autorem spicula Bunderius:

Non secus Aesonides Medæ casside lætus

Traxit dentigenos in sua fata viros:

Sic perit euulsus latebroso Cerberus antro,

Cerberus Herculeæ præda superba manus.

Heus, rapite hunc, versate librum, noctuq; dieq;

Nulla cupidineo pagina felle viret.

Heus, rapite Hippolytū, quem non læsisse pudicū

Pœniteat, sed quem casta Sabina probet.

Non habet Hypsiphyles lachrymas, seuosq; dolores

Phyllidis, aut furias impia Scylla tuas.

Sed quæ sit fidei certissima regula nostræ,

Quæq; sequenda piis, quæ fugienda docet.

REVERENDO
AC PRÆSTANTISSIMO
VIRO DOMINO RVARDO DE
Enchusa sacre theologie professori eru-
ditissimo, diui Petri Decano, nec nõ in-
signis academię Louaniensis cancel-
lario dignissimo, Frater Ioan-
nes Bunderius ordinis Bea-
ti Dominici. S. P. D.



ENIT mihi nuper in manus
Ioannis Coclei sacre Theologie
professoris eximij liber, in quo
elegati sane ac disertio stilo scri-
pta acta q; Martini Lutheri, ser-
uata etiam annorum serie, perse-
quutus est. Quem vbi iterum atque iterum (nam
vehementer placebat) auidissime perlegissem de-
mirari mecum coepi ac deplorare quorundã cœcam
dementiam qui tam subdolo, tamq; blasphemio au-
tori, summa animarum iactura tantum tribuerint
hactenus, adeo vt sacrosanctæ ecclesiæ sanctio-
nibus, et antiquorum patrum scriptis, vel negle-
ctis, vel fastiditis, in vnus perditissimi apostatæ
verba iurauerint. Verum dum cogitarem quibus
dolis, technis, blanditijs, imposturis, ac fucis vsus
fuerit, ad simplices facile credulos hominum animos
irrea

irretiendos, mirari tandem desij. Quapropter rem
utilem me facturum putavi, si hoc breui libello hæ-
resarchæ huius damnosa heu nimium lenocinia, ac
perniciosas imposturas aperirem, quo & illaquea-
tis aninis, ut reslirent sibiq; consulerent viam
ostenderem. Et nondum illaqueatis, ne id usu ve-
niat, velut antidotum pararem. Cum igitur non
vacet cuius Coclei volumen magnum euoluere, no-
stra lucubratiuncula (quæ si non ob aliud, certè ob
breuitatem debet esse commendatio) utatur frua-
turq;. Quam si legerit, sedulo à Lutheri scriptis,
ceu à peste nocentissima, abhorrebit. Quis enim
obsecro Luthero addictus esse poterit, si eius stro-
phas, fraudes, fucos, & mēdacia, quibus imperitum
vulgus circumuenire studuit, si iniurias, conuitia,
& contumelias, quibus summum pōtificem, totiusq;
ordinis ecclesiastici proceres fatigauerit, si eius in-
tolerabilem arrogantiam, si deniq; tumultus, se li-
tiones & rapinas quarum ipse & fax, & incen-
sor fuerit, probè cognouerit? Quis verò vel me-
diocriter pius, non ex animo doleat, si sacramenta
ab eo temerata, diuinum cultum prophanatum, pu-
dicitiam ac alias virtutes explosas. Demum vitij
penè omnibus ingentem fenestram atque aditum
referatum secum pensitauerit? Quam autē in ca-
tholicissimum Imperatorem fuerit iniurius, quia
libros eius igne cremari iusserit: Quam acer atque
ferox in Angliæ regem quòd eius nugacissima do-
gmata erudito libello confutauerit: Quam duci Sa-

conie Georgio insensus, quia illius sectam ample-
cti noluerit, nouerunt ferè omnes. Neq; obscurum
est quanto furore in Parisiensem ac Louaniensem
academias inuectus fuerit, propterea quòd doctri-
nam suam ab illis explosam & damnatam conspi-
ceret. Hæc omnia multoq; plura vel meridiana
luce clariora fecerit noster hic libellus. Quem si
studiosus & candidus lector assidua manu versare
voluerit, Lutheri scriptis prorsus contemptis, Or-
thodoxis patribus atque ecclesie sancte catholice
mellifluis vberibus & tutius, & tenacius inhære-
bit. Cæterum quoniam ingenioti mei imbecilli-
tas ad perpendiculum omnia trutinare non potest,
visum est hoc nostrum qualecunque opusculum
quando ad sanctae quissimæ tuæ censuræ committere, tibiq;
dedicare. Tum quòd authoritate & sci-
entia polleas: Tum quòd tuam in me
beneuolentiã toties, tamq; mul-
tis in rebus abundè decla-
raueris. Vale.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

INDEX HVIVS

OPVSCVLI, CVIVS PRIOR

numerus Caput, secundus paginam, litera a,
pagina faciem primam, b verò se-
cundam indicant.

- A**bstinentiam & ieiunia explodit Luthe-
rus Cap. xxix. pag. 74. a.
Abstemij aliquando Germani abstinen-
tiam relegauerunt ex doct. Luth. xxix. 75. b.
Academias Parisienses & Louanienses calum-
niatur Lutherus xxij. 55. b. 56. a.
Agnomen Lutheri i. 2. b. (59. b. xxvi. 64. a.
Arrogantia Luth. vi. 13. b. 14. a. xvij. 73. b. xxij.
Arrogat sibi quod nunquam errauerit, alij o-
mnes errauerunt xvij. 38. a. 39. b.
Articuli orthodoxi post disputationes conclu-
si in Baden Eluetiorum vrbe xxxix. 106. a.
Articuli decreti in Anglia xxxix. 106. b.
Articuli catholici Louaniensium xxij. 57. a.
Baptisma concedit paruulis Lutherus xij. 25. a.
Baptisma idem negat paruulis, quia fide non
habent xij. xxvi. a. (b. 101. a.
Bladiciis seducere conatur Luth. xxxvij. 100. a.
Bohemos arguit, quod ab Ecclesia defecerint
propter aliquorum malitiam xij. 26. b. (xij. 27. b.
Bohemos postea laudat, & ad dissidium hortatur
Canonicos libros reiecit Lutherus vi. 12. b.
Canonicas horas irridet xxxi. 81. b. 83. a.
Cœlibatus placet Domino xxvij. 71. b.
Cœlibatum explodit Lutherus xxvij. 71. a.
A .iij. Certum

Certū se dicit de suis doctrinis ij.3.b.6.a.39.b
Clerum odio persequitur Lutherus xxij.52.a.
Coitū singulis necessariū dicit Lut. xxvij.71.a
Contradicit sibiipsi Lutherus in plurimis xiiij.
28.b. 29.a.b.

Concilia si errauerūt quę dicit errasse xx.48.a

Concilium Tridenti indictum xxxix.107.a

Cōiugalē statū pręfert Luth. cōelibatui xxvij.
72.b. (acceptę sunt xix.43.b.44.a.

Consuetudines quędā scriptura, quędam voce
Continentię seruādę medium xxvij.73.a.b

Damnatio Lutheri cap.xvi.35.a

Decipere conatus est Lutherus blanditiis,
mēdaciis, cōminationib.&c. xxxvij.100.a.b

Decretalib. se submitit xv.33.a. (101.a.b.

Decretales exussit Lutherus xvi.36.a

Dęmonis familiaritas cum Luth. ij.7.b. 8.a.

Dęmō cū eo disputauit ij.8. b (xxx.77.b.78.a

Deuastatio in Germania xxxij.87.a.b

Disputauit Luther cum dęmone ij. 8. b

Disputādum quomodo est cum hęreticis xix.

44.b.45.a. (ij. 4.a.b.xvij.39.b

Doctrinā suā dicit Luth. Christi esse Euāgeliū

Doctrina Luth. dānatur à Parisiēf. & Louaniē

sib. xxiij.55.b.57.a (xvij.39.b.xvij.42.a.b.

Doct. suā à nemine vult examinari aut iudicari

Doctrina eius prouocat ad rapinā xxxij. 86.

Doctrina eadē est seditiosa xxxiiij.89.a.b (a.b

Dolis hoies circūuenit Luth. xxxvij. 100.a.b

Ecclēsia quid est secundum Ioannem Hus,

quid secundū Lutherū cap.xvij. 39. a

Ecclesię officia xx.46.b. 47.a

Ecclesia

Ecclesia decernit de scripturis xx.47.a.b
Ecclesiā purpuratā meretricē vocat Lut. xxiiij
Errasse oēs dicit Lutherus xvij.38.a. (59.b
Errasse dicit Ecclesiā in prima synodo xvij.38
Errasse se minimè nouit Lut.xvij.39.b (b.39.a
Errare si possint Concilia xx.48.a
Euangelia vera corrumpit, reiecit, mutauit Lut.
Euangelium quid est i. i. a (vi.12.a.b.13.a
Euangelistam Dei se vocat Lutherus ij.3.b
Euangelia corrupta in Angliā mittūtur vi.13.b
Euāg. sua cōburi egrè tulit Lu.xxiiij.58.b.60.a
Eucharistiæ sacramentū cōtinet verum Christi
corpus xi.21.b.xij.28.a
Est ibi vera transsubstātiatio xi.21.b.22.a (23.a
nō Est ibi tātū figura corporis Christi xi. 22.b.
Eucharistiam postea dicit Lutherus solum pa-
nem esse xi.23.a.xxxij.84.b.85.a
circa Eucharistam errores xxxij.84. b.85.a
Exussit Lu. ius Pōtificiū, bullas, & sigilla xvi.36
Fictio Lut. in se submittēdo xv.33.a.34.a (a.b
Fidē solā iustificare & saluare dicit Lut.xxvi
Fides sola nō iustif. aut saluat xxvi.64.b (6.a.b
Fides prima est ī iustificatiōe impn, & origo bo-
norū operū xxvij.66.a (xxxiiij.89.b.90.a
Fidē cuiuslibet liberā voluit esse Luth. xvi.35.b
Ad fidem extraneus non est cogendus, sed qui
recepit eam cogitur seruare xxxvij.103.a.b
circa Fidē aut relig. Christ. nihil immutādū an-
te vniuersalis cōcilij determinationē. cēsuit
cōuētus Augustanus xxiiij.58.b.xxvi.63.b
Germanorum conditio xvij.42.a (60.a
Germanos principes vituperat Lut. xxiiij.
Germa-

Germanis ieiunia & abstinētia ademit Lutherus
xxix.74.b

Hæretici scripturas deprauāt xix.44.b.45.a
cōtra Hæreticos solis scripturis nō est disputandum xix.45.a.b (85.a.b)

Hæreses sepultas reuocat Luth. xxxij.84.a.b.

Hæreses variæ subortæ sunt hac tempestate
xxxvij.103.b.104.a

Horas Canonicas irridet Luth. xxxi.81.b

Horæ Canonicæ Deo gratæ, si bene exoluātur

Ieiunia vilipēdit Lut. xxix.74.a (xxxij.83.a)

Ieiuniū cōmendat scriptura xxix.74.b.75.a

Imagines delentur xxxij.87.a.b

Impudicitia Luth. xxvij.71.a (63.a.b)

Infidelitatē solā dānare hoīem dicit Luth xxvi

Infidelit. solā peccatū esse asserūt quidā xxxij.

Indulgētiæ pro fabrica D. Petri iij.9.a (84.a.b)

Indulgentias calumniatur Lutherus iij.9.b

Indulgentiæ in quo fundantur iij.9.a.10.a

de Indulgētiis loquēs Luth. sibi ipsi cōtradicit

xiiij.28.b (& cōcedit laicis xvij.40.a.b.41.a)

Interpretationē S. scripturæ adimit Lut. Papæ,

Interpr. S. scripturæ cōuenit Clericis xvij.41.a

Interpretationē scripturæ sibi seruat Lut. sicut

aliij Hæretici xix.46.a (plebē Lut. xvij.42.a)

Iudicē scripturæ, decretorū, cōciliorū cōstituit

Iudicē doct. suæ neminē admittit Lu. xvij.42.b

Iudicare vult Papam, & ab eo nō vult iudicari

xxiiij.59.a. xxxv.92.b

Iusti qui dicantur in scriptura xxvij.70.a

Iustificāt hominem, Deus Christus, fides, ope-

ra, sacramenta, sed variē xxvij.67.b.68.a

Leges

Leges imponi Christiano invito nō admittit
 Lutherus xxi.49.b.50.a
 Leges aliquando sunt mutandæ xxi.50.b
 Leges sanxit Luth. xxi.51.a (gat Lut.xiiij.29.a
 Liberū arbitriū aliquādo ponit, aliquādo ne-
 Liberum arbitrium aufert ab homine xxv.
 61.a. xxxij.85.a
 Liberū esse arbitrium docetur xxv. 61. b. 62.a
 Libidinosus Lutherus xxviij. 71.a
 Libri Lutheri damnantur xvi.35.a.xxij.55.a.b
 Libri Lutheri exuruntur xxiiij.58. b
 Louaniensium Articuli catholici xxij.57.a
 Louanienses Lutherus calumniatur ibid.
 Lutheri pater nomen, agnomen ij.2.a.b.3.a
 Lut.Dei se Euāgelistā & ecclesiastē noīat ij.4.a
 Lutheri spiritus & raptus ij.4. a.b
 Luth.familiaritas cum diabolo ij.7.a.b.8.a.b
 Lutherus Euangelia corripit vi.12.a.b
 Lutherus libros canonicos reiecit vi.12.b
 Lutherus varia sentit de Eucharistia xi.21.a
 Lutheri damnatio xvi.35.a. (tribus xvij.38.a.b
 Lutherus præfert se Papæ, cōciliis, & oībus pa-
 Lut.hoīes dolis, mendaciis circūuenit xxxvij.
 Lu.mōstrū quale est xxxvi.96.b (99.b.100.a.b
Matrimonium præfert Lutherus cœlibatū.
 Cap. xxviij.pag.72.b
 Matrimoniū suadet epif. Maguntino. ibidē
 Matrimoniū vult contrahere sacerdotes, mo-
 nachos, moniales xxviij.71.a
 Mēdacia multa Luthe. quibus multos seduxit.
 xxxv. 92.93.94.95.96. xxxvij. 99.100.101.
 Mendacium in Papam xxxvij. 99.b.100.a
 Menda-

Médacia in Imperatorē xxxv.92.b.94.a.95.a
 Mendacium in principes xxxv.95.a
 Médaciū in signe pro seditione excitāda xxxv
 Médacia in cardinalē xxxvij.99.b.100.a (93.b
 Meritum personam nō transcendit præter me-
 ritum Christi v.10.b.ii.a
 Miracula Lutheri iij.4.b
 Miraculum orthodoxorum in prosternendis
 Lutheranis iij.5.b
 Missam abominandam esse docuit diabolus
 xi.23.a.b.xxx.77.b (xxx.78.a.b
 Missa est sacrificiorum maximum xi.24.a
 Missam priuatam aboleuerūt protestantes ser-
 uantes solemnem missam diebus dominicis
 Missam priuatam primi (& festis xxx.76.a
 abrogauerunt Augustinienses xxx.76.b
 Missā abominationē dicit Luth. xxx.77.a.b
 Missæ sacrificium vtile pro viuis & mortuis
 xxx.77.b
 Monachatum vilipēdit Lutherus xxij.54.a.b
 Moniales eductas de monasterijs laudat iij.5.a
 Monasteriorū rapina xxxij.89.b (28.72.a.b
Nomen Lutheri cap.i.2.a.b
Obediri sibi vult Luther⁹ qui alijs obediē-
 tiā debitā subtrahit xxi.49.b.50.a.51.a.b
 Odium Lutheri in Papam xvi.36.a.xxi.49.a
 Odium eius in clerum & monachos xxij.52.
 a.b.53.a.b.54.a.b (v.10.b.ii.a.b
 Opera nostra sunt meritoria & satisfactoria
 Opera valent ad iustitiam & ad salutē nostram
 xvij.39.a.b.xxvij.67.a.

Opera

Opera nostra omnia mala & peccata esse dicit
 Luthe. xxvñ.69.b.70.a (na xxvñ.70.a
 Opera nostra non oīa mala sunt sed quādā bo
 Orationem contemnit Luthe. xxxi.81.b
 Orationis efficacia xxxi.82.b
 Orationes quales esse debent xxxi.83.a
P Apatus multa bona nobis attulit vt consen
 tit Lutherus cap.xv.pag.33.a.40.a
 Papæ se submittit Luthe.sed dolosè xv.33.a
 Papatū nō posse impugnari dicit Lu. xv.33.b
 contra Papam irreuerentia Lutheri xvi.35.b.
 xxi.51.a.59.a (89.b.90.a
 Papæ Turcam præponit xvi.35.b.xxxiiñ.
 Papam criminatur, conuitiatur xvi.35.b.36.a
 Papā dicit nihil posse cōstitue. xxi.49.b.50.a
 cōtra Papā seditionē excitat xxxiiñ.90.a
 Pater Lutheri i.2.b (xxiiñ.55.b
 Parisienses damnauerunt doctrinam Lutheri
 in Parisienses debacchantur Lutherus & Me-
 lancthon xxiñ.55.b.56.a
 Principes calūniatur Luth. xxiiñ.58.b.59.a b
 Purgatoriū aliquando admittit aliquando ne-
 gat Lutherus viñ.17.a.b.18.a.xxxiiñ.85.a
 Purgatorium negat esse xxxiiñ.85.a
R Aptus Lutheri Cap.iñ.pag.4.a
 Rapinā persuadet Lutheranus xxxiiñ.86.a
 Rapina monasteriorum, collegiorum, eccle-
 siarum, altarium xxxiiñ.86.b
 Regem Anglię calūniatur Luth. xxiiñ.59.a.b
 Regi Anglię iam blanditur xxiiñ.59.b.60.a
 Rustici post templa & monasteria demolita ad
 arces & principes deueniunt xxxiiñ.87.a b
 Sacerdo-

Sacerdotē dicit Lutherus esse omnem Chri-
 stianum xxij.52.b.53.a
 Sacerdotes ordinavit ipse Lutherus non epi-
 scopus sine vnctione xxij.53.a
 Sacramenta septem esse negat Lutherus, duo
 vel tria asserens vij.14.a.b.15.a
 de Sacramentis ambiguè sentiunt Protestan-
 tes vij.14.b.15.a.b
 Sacramēta.vij.esse dicimus vij.15.a.b (48.a.b
 Sacrificiorū maximū est missa xi.24.a.b.xxx.
~~saluāt nos De^o, Christ^o, opera xxvij.67.b.68.a~~
 Sāctos spernit Lu. & eorū ītercessionē x.20.b
 Sanctos aliquādo docuit inuocandos x.20.a
 Satisfactionem admittit Lutherus iij.10.a
 Satisfactionem negat postea ix.18.a.b
 Satisfactio probatur iij.9.a.ix.18.b
 Satisfacere potest vnus pro alio iij.9.a
 Scripturæ interpretationem adimit Lutherus
 Papæ & tribuit laicis xvij.40.a.b.41.a
 Scripturæ interpretatio cōuenit clericis xvij.
 Scripturæ interpretationem sibi (41.a
 seruant hæretici xix.46.a
 Scripturas deprauant hæretici xix.54.b
 Scripturam corrumpit Lutherus vi.12.a.b
 Scripturæ verus sensus quomodo inuenietur
 Securum vult Lutherus homi- (xx.46.b.47.a
 nem esse per solam fidem xiiij.32.a.b
 Sectatores quomodo multos habeat Luthe-
 rus xxxvij.98.a.b (xvi.37.a.b
 Seditiosa est Lutheri doctrina contra Papam
 contra ecclesiasticos xxxij.86.a.
 contra Imperatorem & Principes xxiiij
 60.a

60.a.b. xxxiiij.89.a.b

Spiritus Lutheri iij.4.a.b.6.a

Spiritus fingit se alium iij.6.a.b.7.a.b.8.a.b

Starui nihil potest super Christianum inuitum

ait Lutherus xxi.49.b.90.a. xxxiiij.91.b

Statuta aliquando varianda sunt xxi.50.b

Statuit diuersa Lutherus xxi.51.a.b

Submittit se Lutherus Roma. Pontifici, patri-
bus, decretalibus, sed fictè xv.33.a.b.34.a.b

Subijci nullius vult iudicio, ne angeli quidem
xviij.39.b

TRanssubstantiationem in eucharistia negat
Lutherus Cap.xi. pag.21.b.22.a

Transsubstantiatio est in sacramento eucharis-
tiae xi.21.b.22.a.b

Turcam Papæ præponit Lutherus xvi.35.b

Veritas scripturæ quomodo dinoscetur
Cap.xx. pag.48.a (iij.5.b

Victoria orthodoxorum contra Lutheranos

Vota seruanda sunt xxviij.71.b.72.a

INDEX CAPITVLORVM LIBELLI.

D E origine & nomine Martini Lutheri	Cap.i
Nomen Euangelistæ Dei sibi arrogat Lut.	cap.ij.
De spiritu & raptu Lutheri.	cap.iiij.
Initium apostasiæ Lutheri indulgentiæ.	cap.iiij.
De inconcusso indulgentiarum fundamento.	cap.v.
Si Lutheri euangelium conueniat cum Christi euan- gelo.	cap.vi.
Quomodo Lutherus in numero sacramentorum ab ec- clesia à seipso & à suis dissideat.	cap.vij.
De Purgatorio quàm variè sentiat Lutherus.	cap.viiij.
De satisf-	

De satisfactione secum pugnat Lutherus.	cap. ix.
De cultu & inuocatione sanctorum.	cap. x.
De sacramento eucharistiæ quid sentiat Luthe.	cap. xi.
De baptismo paruulorum quid scripserit.	cap. xij.
Bohæmos nunc laudat nunc vituperat.	cap. xiiij.
Quàm sibi sint contra dictoria dicta Lutheri	cap. xiiij.
De simulata sui submissione.	cap. xv.
De blasphemijs in summum Pontificem.	cap. xvi.
Quàm parum tribuat Romani Pontificis iudicio, eius- que decretis.	cap. xvij.
De sacra scripturæ interpretatione.	cap. xviiij.
An solis scripturis agendū sit cum hæretico.	cap. xix.
Quomodo cognoscitur verus & germanus scripturæ sensus	cap. xx.
Si Papa valeat aliquid constituere necessariò à Chri- stiano obseruandum.	cap. xxi.
Quanto odio Lutherus in clerum exarserit.	cap. xxij.
Quantum Lutherus academijs detulerit.	cap. xxiiij.
Quàm fuerit iniurius in principes.	cap. xxiiij.
De libero arbitrio.	cap. xxv.
De fide iustificante.	cap. xxvi.
De bonorum operum neglectu.	cap. xxvij.
De cœlibatu.	cap. xxviiij.
De abstinentia ciborum & ieiunio.	cap. xxix.
De missa.	cap. xxx.
De oratione & horis canonicis.	cap. xxxi.
Doctrina Luthe. sepulcras hæreses resuscitauit.	cap. xxxij.
Doctrina Lutheranorum rapinã suadet.	cap. xxxiiij.
De seditionibus ex Lut. doctrina subortis	cap. xxxiiij.
De mendacijs Lutheri.	cap. xxxv.
Quàm prodigiosum môstrū sit Lutheranus	cap. xxxvi.
Vnde Luthero tot sectatores.	cap. xxxvij.
De alijs hac tempestate hæresiarchis ac eorum hæresi- bus.	cap. xxxviiij.
Quid actum est pro tuitione fidei hac tempestate op- pugnata.	cap. xxxix.

DETECTIO

DETECTIO

~~NUGARVM LVTHERI~~, EX VO-
lumine R.D. Ioannis Coclei sacre Theo. professoris
de actis & scriptis Martini Lutheri desumpta.
Per fratrem Ioannem Bunderum, ordinis bea-
ti Dominici, Priorem Gandensem: & he-
retice prauitatis inquisitorem.

De origine et nomine Martini Luth.
CAPVT PRIMVM.

PHILOMATHES Felices sese ac
planè beatos existimāt Germani: Tum
quia verum ac purum nacti sūt euan-
gelium, quod multis iam seculis sub scāno La-
titauerat: Tum quia hactenus nūquam ger-
manè ac syn cerè predicatum sit euangelium,
quemadmodum modò annunciatur.

ORTHODOXVS Quodnā obsecro
illud est quod sub scamno puluere obfitū de-
lituit euangelium? Matthei ne an Ioannis?
Marci aut Luce? horum euangelia opinor
nunquam latuisse. Nam ab ipsis apostolis eo-
rumque successoribus, velut per manus tradita
accepimus.

PHILOMATHES Euangelium ap-
pello nō id solum quod euangelistę ipsi con-
scripsere,

DE ORIGINE ET NOMINE

scripsere², verum totam scripturam sacram, im-
mo quicquid ad beatitudinem nos promouet,
iuxta illud Apostoli. Notum vobis facio euan-
a. Cor. 15. 11 geliū quod prædicaui vobis, quod & accepi-
stis per quod & saluamini.

8
a. Pet. **ORTHODOXVS** Huic adhæsimus
hactenus hoc mordicus tenemus, hoc docto-
res sacri fidei interpretationibus illustrare &
explanare conati sunt. Hieronymus, Augusti-
nus, Ambrosius, Gregorius, Basili⁹, Hylarius,
Crisostomus, ac complures alij, eo spiritu
adiuti, quo sacre literę dictatę sunt. Teste Pe-
tro apostolo dicente, Omnia prophetia scri-
pturę propria interpretatione non fit. Non
enim voluntate humana allata est aliquando
prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti
sunt sancti Dei homines. Paulus quoque scri-
Eph. 4. psit Eph. Ipse scilicet Christi⁹ dedit quosdam
quosdam apostolos, quosdam autem prophetas,
alios verò euangelistas, alios autem pastores
& doctores ad consummationem sanctorum
in opus ministerij, in ædificationem corporis
Christi: & paucis interpositis, Ut iam nõ sim⁹
paruuli fluctuantes, & circumferamur omni
vento doctrinæ in nequitia hominum & cæ.
Hoc Christi euangelium & nostrum, & hu-
ius sacrosancta interpretatio nulla vnquam
ætate latuit, immo semper in promptu fuit.

Quis

Quis aliud & ab hoc diuersum eduxit nobis euangelium?

PHILOMATHES Quis alius quàm doctor noster Martinus Lutherus?

ORTHODOXVS Insignem doctorem in mediũ produxisti, Ait aliquando Philippus Nathanaeli. Quem scripsit Moyses in lege: & prophete: inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. ioan. 1. Cui Nathanael, à Nazareth potest aliquid boni esse? Quæro & ego utrũ à Martino Luthero boni aliquid dimanare possit?

PHILOMATHES Quur non?

ORTHODOXVS Si quis Martinus diui Martini vestigia actaque exprimat, ab eo egregium aut insigne quippiam proficisci facile crediderim, verũ quod à Martino Luthero verissimo sathane organo, boni aliquid prodierit nemo mihi persuaserit.

PHILOMATHES Contumeliam facis iudicans lutherum sathane organum.

ORTHODOXVS Nomen ipsum & acta eius edocent.

PHILOMATHES Quale & cuiusmodi videtur tibi nomen Lutheri? Acta eius suo ne conueniunt nomini?

ORTHODOXVS Vtique. Nomina insti de de nati. q̄ est et aliud. enim consonare rebus & cõuenire dicunt iu-

DE ORIGINE ET NOMINE

Matth. x.
ioan. i.

riffe congruum. Sic qui saluare venerat quod perierat, ab angelo Iesus vocatus est, et Petrus à petra nomen sortitus est.

PHILOMATHES Martini Lutheri nomen estimas ne insigne?

ORTHODOXVS Nomen quidem consonaret & placeret, modò diui Martini opera sequerétur. Agnomen autem congruit, sed non placet.

PHILOMATHES Qui sic?

ORTHODOXVS Accepi patrem eius verum vel putatiuum Ioannem (parum honesto vocabulo) Luder nuncupatum. Luder germanicum latinè scurram seu nebulonem sonat, à scurra vel nebulone quid egregium expectabis nisi facinus?

PHILOMATHES Nò luderū sed lutherū sese appellari voluit doctor noster Martinus.

ORTHODOXVS Egerit hoc nimirum ad euitandam agnominis parum speciosi ignominiam. Sed agè fac illum lutherum verò cognomine dictum, At nunc si lubet agnominis expandamus ethymologiam Luther vasculum est in quo vinum merum aqua diluitur. Iam audi. Quis nā fragrantissimo scripturæ sacræ vino plus aquæ vanitatū voluptatūque terrenarum (ne dicam abhominatū) cōmiscuit hoc vno luthero? Qui omnia sensui

sui accommodata facit licita, carnis verò mortificatione nihili facit. Qui sic Dei misericordiam predicat ut obliteret diuinam iustitiam. Qui hoc suis persuadere satagit, ut nullum facinus danare queat Christianum modò velit credere. Quòd si à Lutra deductum agnomè magis arri det, Lutra testibus Varrone & Plinio, animal est in fluuiorum ripis frequens, in Boristhenis ripa & Sarmatia plurimè sunt, Lutra in piscium viuarijs potissimè escam venatur. Et Lutherus, ex viuarijs sacre religionis monachos ac virgines Deo dicatas eduxit, & ita dementauit suis improbis technis ut plerique magistri exemplo pellecti, sacrilegas contraxerint nuptias. omnesque ad idem audendum facinus extimulat pro sua virili.

PHILOMATHES Quare Ioannem Luderum verum vel putatiuum eius dixisti patrem, & nõ asseruisti simpliciter Ioannem patrem esse eius legitimum?

ORTHODOXVS Rumor erat matrem eius ab incubo ipsum cõcepisse in aquis balnearijs, ut meminit Cocleus in prefatione actorum Lutheri.

B iij

Nomen

NOMEN EVANGELISTAE

Nomen euangelistae sibi arrogat

Lutherus CAP. II.

PHILOMATHES Tota aberras via. Quid enim Luthero innocentis vel diuinius? Se enim Dei Ecclesiam & purissimum euangelistam nominauit, in libro intitulo aduersus falso nominatum ecclesiasticorum statum papae & episcoporum. Sed & hoc addit se certum esse quod Christus ipse sic eum nomet, & pro tali habeat. Qui & doctrinae ipsius magister sit testisque futurus in die nouissimo, Quod sua etiam doctrina non sit Lutheri, sed Christi purum euangelium, **ORTHODOXVS** Quum Christus arrogantiam & praesumptionem sustulerit, seseque in humilitate sequi iusserit dicens, Discite a me quia mitis sum & humilis corde. *Math. 23.* Tanta de se praesumere, tantumque sibi arrogare non est humilitatis euangelicae. *Prou. 27.* Consultius attedisset Lutherus illud Sapientis, Laudet te alienus & non os tuum: extraneus & non labia tua. Et salubrius pertinuisset quod dominus per Ieremiam vaticinatus est dicens, arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui. *Hier. 49.* Et iterum per Isaiam, dies domini exercituum super omne superbum & excelsum & super omnem *isa. 2.* arrogantem, & humiliabitur. *Prou. 16.* Abominatio enim domini est omnis arrogans.

BHILO-

SIBI ARROGAT LVTHE. 4

PHILOMATHES Si id arrogantiam vo-
cas, & Paulum arguas arrogantie necesse est, *Rom. 12*
scribentē ad Romanos. Per Christum acce-
pimus gratiam & apostolatū ad obediendū
fidei in omnibus gentibus. Et ad Gala. Pau. *Gal. 1*
apost. non ab hominibus neq; per hominem
sed per Iesum Christum. Et ad Cor. Non sum
apostolus? Nonne Christū Iesum dominum *1. Cor. 9*
nostrū vidi? Nōne opus meū vos estis? Si id
Paulo vitio nō est verum. Quare in eodē o-
pere Lutherū reum agis, & Paulum absoluis?

ORTHODOXVS Lutherū Paulo equa-
re contendis? Hic aliquando Christianorum *Act. 9*
persequutor postea factus est vas electionis &
euangelij præco studiosissimus. At contrā
Lutherus aliquādo euangelij alūnus iam fa-
ctus est eius persecutor. Et Paulus euangeliū
suum non ab homine didicit, sed per reuela-
tionē Iesu Christi raptus aliquando vsque ad
tertiū cœlū, audiuit arcana verba quæ nō licet
homini loq. Quæ facta in Luthero nō repies. *2. Cor. 12*

De spiritu & raptu Lutheri.

CAP. III.

PHILOMATHES Nec ea in parte
cessit Paulo Lutherus, Dicit enim in li-
bello quodam teuthonico ad ienato-
res ciuitatum Germaniæ. Ego quo-
que fui in spiritu, atque etiam vidi spiritus

B iij (si omnia

DE SPIRITV

(si omnino de proprijs gloriandum est) forte plus quàm illi ipsi adhuc intra annum videbunt. Nec dissonat id, quod libro de abrogãda missa priuata fratribus suis Augustinensib⁹ scribit, sibi cor tremulum sæpe palpitasse, & se se reprehendentem obiecisse. Tu solus sapi? Tot ne errant vniuersi? Tanta secula errauerunt? Quid si tu erres, & tot tecum in errorem trahas dãnandos eternaliter? Sed addit Christum tandem confirmasse ipsum verbis suis certis & fidelibus.

ORTHODOXVS Paulus Apostolatum suum vocationem suam, doctrinam suam, è cælo dimanasse miraculis comprobauit, Quæ Lutheri miracula quibus arrogantiam suam, aut doctrinam suam corroborat? Quis Lutheranorum tantę fuit potestatis, aut tantum valuit apud Deum, vt vel cæcutientem illuminaret asinum?

PHILOMATHES Optarem & ego nosse quæ tu feceris miracula?

ORTHODOXVS Eadem nobis fides est cum Apostolis eorumq; successorib⁹, & sacris doctoribus. Qui eam fidem rationibus scripturis, & miraculis corroborauerunt. Dominus enim Iesus Christus mittens discipulos suos predicare in confirmatione Euangelij, dedit eis potestatem super omnia dæmonia, & vt languores

guores curarent. Quod semel atq; iterum mi-
 raculis roboratū est, propter aliquorū incre-
 dulitatem non est semper signis nouis decla-
 randum. Dicit enim Pau. ad Rom. 3. Quid
 enim si quidam illorum non crediderunt?
 Nunquid incredulitas illorum fidem Dei eua-
 cuauit? Absit, Si verò è cælo se missum con-
 tēdit Lutherus, aut spiritu Dei permotum, v-
 bi sancti spiritus opus? vbi miraculorum glo-
 ria? Vis signa apostolatus eius ostendā? Hoc
 pro miraculo censuit quòd florentina Deo di-
 cata, monialis fermēto Lutherano infecta, for-
 tuito carceris ostiū apertū inueniens fugerit.
 ¶ Hoc quoq; miris effert præconijs quasi pro-
 digiorū maximū. Quod nebulo quidam Le-
 onardus Koppen nominatus, rapuerit & ab-
 duxerit clam è monasterio Nimycēsi, nouem
 virgines Deo sacratas, ipso die quo homines
 maximè occupari solent cultu Dei, & deuoti-
 onis studio in peragēda sacratissime domini-
 cę passionis memoria, vt vota sua vitāq; mo-
 nasticam abnegent ac deserant. Hoc inaudi-
 tum facinus, & planè audacissimum, contra
 omnes leges & canones, nepharium pariter at-
 q; sacrilegum libello edito teuthonico collau-
 dat. Et ipsum sceleris actorē. At ne quicquā
 suo sceleri deesset. Ipse Lutherus vnā ex eis
 Catherinam nomine de Bore (post biēnium
 quòd

DE SPIRITV

quod inter academicos scholares vaga cōuer-
satione Vuitteberge transegerat) Christi trās-
fugam mortuo Duce Frederico Duce Saxo-
niæ electore vxorem duxit, Monachus mo-
niallem, perfidus perfidam, sacrilegus sacrile-
gam. Hæc sunt mira non miracula Luthere,
quæ in vita tua inuenire est. Quibus & hæc
subnectenda arbitror. Sunt enim apostolatus
tui signa, omne opus bonum externum nihi-
li facere, solam fidem extollere, abstinenti-
am & ieiunia relegare, Dei externum cultum
eliminare, seditiones commouere, rapinas
persuadere, mendacijs piorum ac simplicium
animos demulcere, demulcendo seducere, se
ductos negare.

Vide si Christus in sui confirmatio-
nē Euangelij hæc signa suis dederit discipulis.

At contra pro miraculis tibi reuoluenda
magis hæc erant, Cautonum catholicorum vi-
ctoria. Qui quum pauci essent numero ma-
gnam Lutheranorū cateruam tribus vicibus
s. Par. 30. fudere. Deo vt olim Iosaphat regi Iudæorum
ferente auxilium. Neq; miraculo caret si pen-
sitetur quatuor factionis Lutheranæ primi-
ceriorū miser interitus Vlrici Zvvinglij, Oe-
colampadij, Carolstadij, & Munceri. Quorū
primus post vulnera resipiscere nolēs exustus
est. Alterum in lecto perfidum euomuisse spi-
ritum.

ritum vxor superueniens repperit. Tertius ex archidiacono Vvittenbergenſi patria priuatus cum fame & penuria, bellum gerens, miſerrimus agricola factus eſt. Quartus præſumens citra pericula, ſe cum globis plumbeis Machinarum luçtaturum, miſerè in prælio confoſſus interiit, re comprobans quàm eſſet à vera prophetia alienus.

PHILOMATHES Ad priora vnde digreſſi ſumus reuertamur. Quo ſpiritu agitari tibi videtur Lutherus?

ORTHODOXVS Vtiq; maligno.

PHILOMATHES Qui ſic? Quum dicat ſe raptum, ſpiritus agnoſcere. Et Chriſtum vacillantem & trepidantem cum confortaffe?

ORTHODOXVS Arrigat (volo) aures Ioanni dicenti. Nolite omni ſpiritu credere. Sed probate, ſpiritus ſi ex Deo ſint. Et Paulo Corinthijs ſcribenti. Ipſe namq; ſathanas tranſfiguratur ſe in angelum lucis. Non eſt magnum ſi miniſtri eius tranſfigurentur velut miniſtri iuſtitie. Quorum finis erit ſecundum opera eorum. Nec facile ſecernitur, humano, ſacro, an diabolico, quis rapiatur ſpiritu, Dauid enim aliquando execrandum eſtimauit hominem domum inhabitare ce- 2. Reg. 7. 1. Par. 17.
drinam, regia maiestate dignam.

Et

DE SPIRITV

Et Dei archam sub papilione pellibus neglegim tegi.

Consultus Nathan Prophetam ait. Omnia quæ sunt in corde tuo perfice, Dominus tecum est, insignem Deo præpara domum. Nocte autem dixit Dominus ad Nathan. Dic Dauid regi. Tu non ædificabis mihi domum, vir bellator es. Multum sanguinè fudisti. Filius autem tuus pacificus erit, ipse mihi domum ædificabit.

Animaduertis ne hic Nathan Prophetam humano spiritu motum, quem putabat diuinum? Paulus etiam suæ fragilitatis cōscius (licet enim in tertiū raptus fuerit cœlum, & audierit quæ non licet homini loqui). Euangelium suum quod non ab homine sed à Deo acceperat, contulit cum cæteris Apostolis, ne inuacuum curreret aut concurrisset.

Gal. 2.

Hoc floccipendit Lutherus qui nemini cedit, Non Papæ, non sacris doctoribus, non cōcilijs generalibus, & ne angelis quidem, Sed pertinax in suo sensu abundat, Sapiente reluctante & clamante. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Et ne sis Sapiēs apud temetipsum. Glo. interli. in his quæ percepisti à patribus quasi cæteris doctior.

Pron. 3.

PHILOMATHES Dicit Lutherus in libello ad senatores germaniæ, Spiritus meus in aliquo

quo se ostendit, cū aliorum spiritus in angulo sit abditus.

ORTHODOXVS Optimè dicit. Scrutare Lutheri lucubrationes & scripta, & in eis senties non fragrare spiritū Pauli. Opera si intuearis à corde permanantia inuenies (vt ventū è loco pestilenti spirantē) quis eum agitet spiritus bonus an malus? Hūc ipsum Lutherum, temporaq; ista deploranda suis videtur depinxisse coloribus Paulus præmonens discipulum suum Timotheum dicens. In nouissimis temporibus discedent quidam à fide, ^{1. Tim. 4.} attēdentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium. Idem iterum ad eundem. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erūt ^{2. Tim. 3.} homines seipso amātes cupidi, elati, superbi, blasphemi, criminatores, incontinentes, proditores proterui, voluptatū amatores magis quā Dei, habentes speciem quidem sanctitatis, virtutem abnegātes. Et quemadmodum Iamnos & membros restiterunt Moyfi Ita & isti resistunt veritati homines corrupti, mente reprobi circa fidem, sed ultra non proficient insipientia enim eorum manifesta erit omnibus.

PHILOMATHES Credam Lutherum a flatu dæmone?

Ortho-

DE SPIRITV

ORTHOXVS Nihil verius. Non vnum duntaxat, sed multas talium hospitem miriades alit timeo sui pectoris infelix cōclauē. Nam spiritus ille nequam qui agitauit Saul in Dauidem regem vnctum impulit Lutherum desequere toto cordis estu in Romanum pontificem, Christi vnctum vicarium, & in totius ecclesie clerum,

Non defuit illi mendacij spiritus, qui olim laxauerat omnium prophetarum Baal linguas in perniciem, & necem Achab regis Israel. Quę namque non mendacia, quę non cōmenta, quas non fictiones machinatus est Lutherus, quibus simplices tum principum tum vulgi animos armaret in odium cleri?

Adustrus fornicationis spiritu ipse monachus voti immemor, monialem Deo dicatam duxit vxorem. Et ne solus inextinguibili illo igne libidinis depasceretur. persuasum voluit etiam sacerdotib⁹ & vtriusque sexus religiosi id ipsum impunē licere.

¶ Vertiginis spiritu ductus dicit bonum malum, ponens tenebras lucem, & lucem tenebras, asserens hominem in quolibet opere etiā optimē facto peccare, Ac furibus & latronibus amicus, depopulandum citra conscientie scrupulum, exponit ecclesie peculium & possessiones.

Spiritu

Spiritu soporis se suosque sectatores ad o-^{isa. 29.}
mne opus bonum negligentes reddit, pre-
dicans Deum opera nostra non curare, sed
solam fidem ei esse acceptam.

Spiritu erroris diu sepultas resuscitavit he-^{1. Tim. 4.}
reses: Iam consideres velim num aliud spirēt
exhibenda Lutheri scripta, aut acta quā
dictorum ac aliorum dæmonum pestiferas
exhalationes?

PHILOMATHES Inuris hisce verbis
infamiam Luthero.

ORTHODOXVS Vis citra fucum dete-
gam quo affletur spiritu Lutherus? Intererat
semel summe sacrificio missę in choro, dum-
que euangelium recitaretur de eiecto à sur-
do & mutuo dæmonio repente cōcidit qua-^{mutuo}
si comitali morbo arreptus vociferans. Non
sum, Nō sum. Ac si istuc ipsum nobis dæmon
in sinuaret. Non sum eiectus hac domo, adhuc
Lutherum meum incolo, non sum mutus,
non sum elinguis. Bene dixit, quandoquidem
tonitru doctrinæ suæ totus horrescit orbis.
Et fulmine venenatæ suæ linguæ totam con-
cutit Europam.

Ait etiam in quodam ad populū ha-
bito sermone se bene cognoscere diabolum,
& ab eo se vicissim bene cognitum esse, seq;
plus q̄ vnū frustū salis cū eo comedisse. Id em̄
prouer-

prouer-

INITIVM APOSTASIAE

prouerbiū dicimus de nobis notissimis,
Edidit præterea librum germanicę de an-
gulari missa, vbi diaboli cōtra missam dispu-
tationem secum habitam noctu commemo-
rat, & victorem diabolū.

Disputauit aliquando Lutherus, cum do-
ctissimo pariter & Christianissimo viro do-
mino Ioanne Eckio, à quo facilè superat^o ad
iram magis quàm ad veritatem cōuersus est,
Cumque moneretur à cōsiliarijs incliti ducis
Saxonie Georgij, vt mansuetius ageret ne scā-
dalo fieret auditorib⁹, quum seruum Dei nō
oporteat litigare, sed mansuetū esse: Tum il-
le ira victus prorupit in apertā confesionem
cordis sui pessimi dicens, Non propter Deum
hæc res cœpta est, Neque propter Deū finie-
tur. Quid nunc ais ô Philomathes An cla-
riora cupis argumenta commercij Lutheri
cum diabolo?

Initium apostasie Lutheri indulgentie.

Cap. IIII.

PHILOMATHES Bono (ni fal-
lar) fidei zelo permotus indulgētiarum
abufum, & inexhaustam auaritiæ sitim
quęstumque habendi, annifus est pristinę red-
dere sinceritati Lutherus.

ORTHODOXVS hoc si tentasset lauda-
rent

LUTHERI INDVLGENTIA. 9

rent omnes, repræhenderet nemo. Audisti à quo Lutherus suam acceperit doctrinâ: Non à Christo, sed à sathana deploratum illius successum audiamus. Quod enim à dæmone inchoatum aut persuasum est, fœlicem attingere finem nequit, Nam difficile bono peraguntur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.

Anno salutis nostræ M. D. xvij. Leo Papa decimus sarciturus & ornaturus eodem die ^{*1. q. 1. cap. principatus.*}

uo Petro sacram Romæ, cùm esset tantæ structuræ sumptibus impar, vt pro subsidio multorum adiutrices manus acquireret, diuulgauit indulgentias. Albertumq; Archiepiscopum Maguntinum S. R. Ecclesiæ presbyterum cardinalem, sacri imperij electorem, & primatem Germaniæ, illi negotio per Germaniam præfecit. Fratres verò ordinis heremitarum sancti Augustini strenuam huic rei nauabant operam, donec Ioannes Tetzellius frater ordinis Prædicatorum eius rei administrandæ, magis idoneus visus esset quibusdam. Tum Ioannes Staupitius generalis per totam Germaniam Augustinianorum vicarius: & Martinus Lutherus Vuittenberge ordinarius doctor, videntes tantum bolum sibi è faucibus ereptum (incredibile memoratu) quàm ægro tulerint animo. Moxq; ille (principi & Episcopo familiaris) insufurrat, nihil esse in-

C indulgen-

INITIVM APOSTASIAE

dulgētias quàm abusum, cōmissarios & quæ-
stores earum plurimis scandalum facere, ac
sub veniarum tegmine suam cœlare cupidi-
tatem, & totam penitus expilare Germani-
am, dum quæ sua sunt quærunt, non quæ le-
su Christi.

Hic verò Lutherus ardentioris & in tem-
peratoris spiritus, mox arrepto calamo
scribit Cardinali indignabundus plenas fu-
roris literas in hanc sententiam. Putant sese
infœlices animæ per indulgentiarum redem-
ptiones securas esse de suæ animæ salute, quòd
animæ de purgatorio ad cœlum statim euo-
lent ybi contributionem in cistam coniece-
rint, cùm tamen semper in timore & tremo-
re iubeat nos operari nostram salutem Apo-
stolus ad Philippenses secundo. Et Petrus
inquit, primæ epist. quarto capite, vix iustus
saluabitur. Et Dominus ipse vbique dfficiu-
tatem salutis denunciat, Matthæi septimo.
Cur ergo per illas falsas veniarum fabulas de
clamatores earum faciunt populum securum
& sine timore? Præterea in libro de cap-
tiuitate Babilonica, astringit nihil aliud esse
indulgētias quàm robustas venationes Ro-
pontificis. Hisce verbis pessundatas credit
indulgētias & diplomata pōtificia. Nec hoc
diffitetur in libro de angulari missa inscripto

sic

Mar. 13.

LVTHE. INDVLGENTIAE. 10

fic inquiring, Deus mirabilis est qui indulgentias aboleuit, & purgatorium ignem extinxit.

PHILOMATHES Rectè ne egit Lutherus quæstuaras illas indulgentiarū leges iugulans.

ORTHODOXVS Non inficior indulgentijs, non nihil subesse deplorandi abusus. Qui si abradatur, florēbunt indulgentiæ in animarum salutem. Lutherus autem non abusus tollere, sed inuidia duce quæsito quodam zeli fuco indulgentias oēs eliminare conatus est, non vt aliorum consulat salutem, sed vt suo liuori satisfaciat, dolens peculium sibi per eas aucupandum ademptum esse.

Attendere in his libeat quàm diuersus sit sibi Lutherus Præcipse existens indulgentiarum nullos inuenit abusus, Alio substituto, mox recensuit abusus concedebat tamen aliquid eas esse, & potentes soluere pœnas duntaxat canonicas quas statuissent Pontifices & patres antiqui. Deinde earum intentauit exterminium, dicens eas nihil prorsus esse, immo Deum eas aboleuisse cùm purgatorio igne. Tandem exardescens in clerum largitus est ipse indulgentias plenarias, vt confestim euolent si moriantur qui operam suam impenderint pro deletione episcopatum, collegiorū aut monasteriorum,

C ij

Sim.

DE INCONCVSSO

Similes promulgauit indulgentias pro exterminandis rusticis . Ecce quam negauit Romano Pontifici , sibi arrogat potestatem concedendi indulgentias .

De inconcusso indulgentiarum fundamento . CAP. V.

PHILOMATHES , At mihi ficticium quoddam commentum videntur indulgentiæ seu veniæ .

8
ORTHODOXVS Non (vt tu calumniaris) baculo arundineo , sed rationi & diuinis eloquijs nituntur , circa opera satisfactoria , q̄ necessaria sunt ad meliorem frugem vitæ à vitijs resipiscenti . Secundum illud Iohelis . Cóuertimini ad me in toto corde vestro , in ieiunio , & fletu , & planctu . Cum dicit Propheeta , Conuertimini , & cæ . nouam subindicat vitam , Cum subnectit in ieiunio & fletu &c . Quid aliud deposcit , nisi opera pœnalia pœnitenti necessaria ? Vbi verò resilienti à peccato hæc defuerint satisfactoria opera , possunt ex thesauro ecclesiæ ei communicari per indulgentias . Potest enim quis pro alio quopiam satisfacere , non secus quàm alterius debitum soluere . Particeps ego sum , inquit Dauid , omnium timentium te . Non in esse meriti . Nullius enim meritum personam propriam

Iohel. 2.

priam transcendit, nisi solius Christi. Qui beatitudinem non sibi, sed nobis meruit. Plenus est enim diuinitatis & gratiæ, de cuius plenitudine omnes accepimus. Membra autem corporis Christi viua, sibi inuicē posunt suffragari mutuis operibus satisfactorijs. Quæ quidem opera satisfactoria etsi suam in sanctis acceperūt mercedem in esse meriti beatitudinis. Non tamen in esse satisfactoria, quum raro ipsi deliquerint in vita. Labores autem plurimos perpessi sint: & hoc seruetur in thesauro ecclesiæ, Et indulgentias vocamus.

Idipsum subindicare videtur Paulus scribens Corinthijs qui iā suas eleemosynas pauperibus Christi elargiti fuerant.

Scitis, inquit, gratiā Domini nostri Iesu Christi ^{2. Cor. 8.} Quoniā propter nos egenus factus est cū esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis. Et consilium in hoc do, Non enim vt alijs sit remissio (glo. & in ocio viuant) vobis autem tribulatio scilicet paupertatis, donando omnia. Sed ex æqualitate in presenti tempore vestra abundantia (glo. temporalium) illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia, qui diuinis vacant vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat equalitas. Egebant enim Christi discipuli diuites in spiritualibus

DE INCONCVSSO

bonis, vt Corinthij eorum corporalem paupertatem subleuant. Corinthij autem abundantes diuitijs corporalibus, egebant spiritualibus bonis, voluit autem Paulus vnus inopiam per alterius suppleri abundantiam.

Hoc fit in indulgentijs dum abundantia operum Christi & sanctorum in esse satisfactorio communicatur pijs hominibus indigentibus. Discretè tamen vt sit ratio quæ suadeat hanc fieri cõmunicatiõem, vt habet Adrianus Papa in quarto titulo de clauibus ecclesiæ.

Hanc ne putes à nobis inuentam communicationem bonorum, docuit eam symbolum Apostolorum, in quo credimus sanctorum communionem, quam inuenimus in indulgentijs.

Istud pium est & indubitata fide tenendum, impium autem est Lutheri commentum dicentis (sine authoritate & ratione) nullius momenti esse Roma. Pontificis indulgentias.

*Si Euangelium Lutheri conueniat cum Christi
Euangelio C A P . V I .*

PHILOMATHES Non immeritò gloriatur sibi Lutherus, in sermone de destructione Hierusalem, euangelium nunc se lucidius clariùsque tradidisse, quam fuerit

rit Apostolorum temporibus. Et quòd Germani sui ante doctrinam suam nunquam verum habuerint euangelium. In libro quoque aduersus falsò nominatum Ecclesiasticorum statum Papæ & cæ. Certus inquit sum, quòd doctrina mea non sit mea, sed Christi purum Euangelium.

ORTHODOXVS O superbum propriarum laudum præconem. Dic optime Philomathes, quam sibi euangelij Christi synceritatem depròpserit vir simultatibus natus, qui sciens & prudens obliterare còtendit tã, longo vsu probatam ecclesiæ lectionem, pro suo arbitrato nonnulla mutans, multa detruncans, rursus si volet adijciens, & in quemuis sensum detorquens. Qui cauillosis & erroneis glosis margines passim deliniuit?

~~Et librorum suorum prohæmia quid aliud spirant, quid aliud tenant, quàm exco-
gitatas vafricies, & obliquissimos cunicu-
los, quibus in suum album asciscat incautum
lectorem? Testis est horum, Ioannes Co-
cleus librorũ Lutheri diligens peruestigator.
Nec defuere ingenia aliquorum Germano-
rum, qui ex vna translatione noui testamenti
per Lutherum facta, circa mille congeserint
errores, & mutationes: Inter quos præcipuã
laudem meruit Hieronymus Emser, Qui nõ~~

C iiij solum

SI EVANG. LVTHE. CON.

solum notavit Lutheri in translatione errata, verum & propriam edidit translationem per omnia consonant nostro latino textui. Ex eo labore didicerunt catholici ubi oberrasset Lutherus, & quo redarguere poterunt Lutheranos de suo euangelio gloriantes.

Eiecit deinde Lutherus e noui testamenti canone Epistolas beatorum Iacobi, Iudæ, Pauli ad Hebræos, & Apocalypsim Ioannis. Rationem æstimo quam ipse subticuit, quia suis erratis cōradicunt. Eas autē canone dignas censuerunt concilia, Laodiceñ Phrygiæ Carthagineñ tertium & Gelasius papa. Nec passus est Lutherus quatuor dumtaxat esse euangelia ac totidem euangelistas, explodens diuinitus datas visiones, ænigmata & mysteria, sacrosanctum quaternarium numerum adumbrantia. Deplorat fortassis se non adscitum in quintum euangelistam, & euangelium suum in quintū euangelium quod sic cæteris coheret, sicut quinta rota in plastro.

Præterea nouitate quapiam vulgi aucupās applausum (quod semper nouitate gaudet) data opera quædam scripturæ loca mutabat, aliterque vertebat, quàm habeat ecclesia: De promam, nisi graueris audire, exēpli gratia, nōnulla. Habet ecclesiæ vsus in oratione dominica, Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur no^a

Math. 6.

tur nomen tuum . At Lutherus sic voluit .
Pater noster in cœlo, tuū nomen sit sanctum.

In salutatione angelica ecclesia habet Aue gratia plena, Luther vertit, Aue gratiosa siue amabilis .

In cantico Zacharię quod Benedictus nūcupatur, Ecclesia canit, in sanctitate & iusti-^{Luc. 2.} tia coram ipso omnibus diebus nostris, Lutherus ait : Quo ad viuimus in sanctitate & iustitia quę ipsi placita est .

In cantico Marię quod Magnificat dicitur Ecclesia legit, Beatam me dicent omnes ge-^{Luc. 2.} nerationes, Lutherus dicit, Beatam me glorificabunt omnes filiorum Dei .

Ex his attendat pius lector quid in alijs minus cognitis permutauerit qui hæc apertissima variauit.

Extat & altera eiusdem editio vulgaris tam à priore aliena, vt annotauerit quidam in solo Mathęo, discrepantes textus .33. Nec his versionibus Germanicis contentus, latinam editionem à propria sua teuthonica in multis diuersam adiecit Lutherus vt non solum Germanos, verum etiam latinos quoslibet, in sacra euangelij lectione perturbaret.

Si Lutheri euangelium, Christi sit euangelium . Si ipsum cœlitus delapsum accepit, quomodo sibi tam dissimile est? Quare mu-

C v tandum

IS EVANG. LVTHE. CON.

tandum erat? an spiritum sanctum putat sibi non constare? sed mutari vt lunam?

At ne virus hoc latius non serperet gnauiter suam operã huic rei prestiterunt duo Angli linguarum peritia eruditi, qui tria milia exemplarium noui testamenti Lutherani in Anglicanã linguã trãslati, impressa in literam vsq; alphabeti K, meditabãtur excusum opus inscijs Rege & cardinali Anglię inferre ac passim dispergere. Quod vbi olfecit Ioan. Cocleus effecit apud Senatũ Coloniensem, vt typographis interdiceretur ne vltra progredenter in eo opere. Duo autẽ illi apostatę Angli arreptis secũ quaterniõibus impressis aufugerunt, nauigio per Rhenũ ascendẽtes Vvornaciã, vt ibi per aliũ typographũ cœptũ perficeretur opus, & in Angliam deferretur. Admonitus est Rex, Cardinalis, & Episcopus Rosensis (sed tardius) ne merx illa perniciosissima inucheretur in Angliã. Verũm dñs Cuthbertus Tonsall^o Londineñ vir disertissimus tunc præsul vbi exquirere cœpisset, mox duo milia in lib. offendit errorũ & deprauationũ. Ecce puritas & synceritas euangelij Lutheri.

Ex sermonibus. xxxvi. ipsius Lutheri, Ioannes Cocleus excerpfit & fortiter confutauit articulos quingentos.

Hieronymus Aleander tunc nuncius apostoli-

stolicus, postea archiepiscopus Brundusinus atq; cardinalis recensuit in comitijs Imperialibus Vvormaciæ, ex libro de captiuitate Babilonica, plus minus quadraginta articulos non solum contra ritus & Sacramenta ecclesiæ, verùm etiam quibus principum leges pro sua virili labefactare, & prorsus cõuellere contendit. Caueat ergo verus catholicus ne fuscis Lutheranis circumuentus sacram scripturam æstimet quicquid Lutherus ab execrãdis hæreticis desumpsit, pro euangelio tamen haberi voluit. Cùm sibi ipsi nõ constet, & Christi euangelio aduersetur Lutherus.

Quomodo Lutherus in numero Sacramentorũ ab Ecclesia à suis, & à seipso dissideat. Cap VII.

PHILOMATHE S Fufius velim de hac re mecum agas, Palamq; ostendas Christi ne sit euãgeliũ an Lutheri quod illi nomine vndiq; circõfertur & prædicatur. **ORTHODOXVS** Christi esse qui possit, quum vbiq; pugnantia dicat? Deuiat enim Lutheri euãgeliũ tam Germanicũ quã latinũ à textu nostro catholico, immo sibi ipsi nõ cõsonat, Repugnantia fidei nostræ catholicæ docet Sacramētis, de purgatorio, de satisfactiõe, & cœ. pri. Et in his quoq; sibi ipsi est diuersus. **Hoc vt manifestius fiat aggrediamur primum**

QVOMODO LVTHE. AB

num quid de sacrosanctis ecclesie sacramentis sentiat.

In libro de captiuitate Babilonica non admittit cum vniuersali ecclesia septem sacramenta, sed tria duntaxat. In visitatione autem Saxonica (que facta est propter varias suorum sectas, ac discordias suorum prædicantium) edidit librum, quem cathecismum inscripsit, in quo fidem & vsum duorum sacramentorū, baptismi scilicet & eucharistiæ, nouo modo præscripsit, nec plura sacramenta tunc esse voluit. Tunc quoque decem Dei præcepta, Orationem dominicam, Symbolumq; apostolorū longè aliter exposuit in plerisq; locis, quàm ante decem annos fecerat.

PHILOMATHES Cuperè discere quid de sacramentorū numero sentiant Protestantes.

ORTHODOXVS Tam sibi non constat quod à se ipso etià Lutherus dissideat. In quo variū & mutabile hereticorū ingenium agnosces.

In comitijs Augustanis aliquot articulos de sacramentis exhibuerunt Protestantes: numerum autem sacramentorum non posuerunt: Philippus autem Melancthon in apologia eorundem articulorum ita scribit. Si sacramenta, inquit, vocamus ritus qui habent mandatum Dei, & quibus addita est promissio gratiæ sacramenta sunt, baptismus, ccena domini &

ni & poenitentia. Si verò illa dicuntur sacramenta quæ habent mandatum Dei, poterunt officia & magistratus dici sacramenta. Si verò illa sunt sacramenta, quæ habent mandatum Dei & promissiones, poterunt prioribus annumerari, elemosinæ, afflictiones, orationes,

In re namque tam seria, & nostræ religionis præcipua, non congruebat tam variè, tam ambiguè loqui. Qui omnia vestra, ex ipsius sacræ scripturæ fontibus deprompta, asseueratis. Si non conuenitis inter vos de re sacramenti: Si in numero dissideatis, quis mirabitur? Nos autem ut in sacramenti diffinitione, ita in numero sacramentorum pariter conuenimus, doctrinæ magistri sententiarum in quarto dist. i. adherentes. Dicentis Sacramentum est sacræ rei signum. Sacramentum verò nouæ legis est inuisibilis gratiæ visibilis forma (hoc est sensibilis figura) ut eius imaginem (id est similitudinem) gerat, & causa existat, intellige instrumentalis. Sunt enim noui instrumenti sacramenta figuratiua & causatiua gratiæ instrumentaliter, tanquam organa virtutis passionis Christi. Veteris autem testamenti sacramenta figurabant, non efficiebant gratiam. Nostra autem sacramenta efficiunt quod figurant. Sunt enim quasi quædam iumenta per quæ Christus nobis suam gratiam largitur
intus

QVOMODO LVTHE. AB

intus in anima intrinsecus efficientia, quod extrinsecus figurant & promittunt.

1. In primis hoc intuebimur in baptismo, in quo foris corpus abluitur à sorde, & anima mundatur à contagio originalis culpæ, vel
2. alterius si affuerit. In confirmatione more regum inungitur militaturus Christo, vt eam assequatur gratiam qua nec mortis formidine deserat fidem acceptatam, in eucharistiæ sacramento foris videtur cibus & potus species panis & vini, ac per ipsum sacramentum roboratur anima vt ambulare queat in via Dei.
- 3.
4. In pœnitentia secundum tenorem verborum peccatū remittitur, & gratia deperdita restituitur. In matrimonio confertur gratia vt seruetur vinculum matrimouij indissolubile, & sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatiōe & honore. In ordinis sacramēto datur spiritualis potestas super verum Christi corpus & mysticum, In extrema vnctiōe ne linitur anima per gratiam Dei, sicut corpus per vnctionem, vt moriturus non cedat tentationibus obuenientibus, cūm ex demonum insidijs tum ex pusillanimitate orta, occasione priorum delictorum. Hæc septem fatemur ecclesie sacramenta secundum decretum concilij Constantiē.
- 5.
- 6.
- 7.

PHILOMATHES Hæc si scripturis fulcirentur

circumferentur placerent.

ORTHODOXVS De baptismo habes le-
 gē Christi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. De confirmatione, Acto. 8. Cū audissent Apostoli qui erāt Hierosolymis quòd recepisset Samaria verbū Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannē. Qui cū venissent orauerunt vt acciperent spiritum sanctū. Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptisati tantū erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos & accipiebant spiritū sanctum. De eucharistię sacramento dicit ipse Saluator. Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum: Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. De pœnitentię sacramento est & illud Christi, Accipite spiritū sanctū, quorū remiseritis peccata, remittūtur eis, Et quorū retinueritis retēta sunt. Matrimonij sacramētū declarauit nobis Paul⁹ dicēs, Viri diligite vxores vestras sicut Christ⁹ dilexit ecclesiā, & tradidit semetipsum pro ea vt illā sanctificaret, mundās eā lauacro aque in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam nō habētē maculā aut rugam. Et infra Propter hoc relinquet homo patrē & matrem suam & adherēbit vxori suæ

Scriptum Joan. 3. v. 5. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.
Ioan. 3. v. 5. Baptisum
2 Confirm
3 Eucharistię
Ioan. 6.
4 Pœnitentię
Ioan. 20.
5 Matrimonij
Eph. 5. id.

Et

DE PURGATORIO

Ordo .

Math. 26.

Luc. 22.

1. Cor. 11.

Iac. 5.

ma verbo

Et erunt duo in carne vna, Sacramentum hoc magnum est, ego dico in Christo & ecclesia. Ordinem sacramentorum neget, qui Iudeorum sacerdotium inficiatur. Aaron sacerdos inunctus est & filij eius, Christus autem sacerdotes instituit Apostolos in cœna, dum accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit illis dicens. Accipite, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem &cæ. de extrema vntionis Sacramento sic ait Iacobus Apostolus. Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesie, & orent super eum ungentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei saluabit infirmum, etsi in peccatis sit, remittentur ei.

Hic æquus lector attendat quàm plenè ac commodè de septem Sacramentis à sacris literis non recedentes differant catholici. Tu verò Luthere indica vbi duo vel tria duntaxat Sacramenta legeris, & non plura posse inueniri .

De Purgatorio quàm variè sentiat & sibiipsum contradicat Lutherus. CAP. VIII.

PHILOMATHES. Quid putas sentire Lutherum de purgatorio?
ORTHODOXVS Vt de cæteris fidei nostræ dogmatibus solet, variè, immo cōtradictoriè

dictoriè. Nempe vt ei suus spiritus quouis hi-
dro mutabilior suggessit. Nam inter dispu-
tandum cum domino Iohanne Eckio Lipsie
in arce Ducis Saxonie Georgij, vt auditori-
bus fidem faceret nihil sese cum Bohæmis &
Pighardis sentire, veracissimum & clarissi-
mum de purgatorio dedit testimonium. Ego
inquit credo firmiter, imò ausim dicere, scio
purgatorium esse, Facile persuadeor in scri-
pturis de eo fieri mentionē, quemadmodum
illud Matthæi inducit Gregorius in dialogis. *Matth. 126*
Non remittitur peccatum neq; in hoc seculo,
nec in futuro, volens peccata quedam remit-
ti in purgatorio, Admitto & illud Machabæ
orum secundo. Sancta & salubris est cogi-
tatio pro defunctis exorare vt à peccatis sol-
uantur. *2. Mach. 122*

Item aliquando in Pighardos atrociter sic
inuectus est. Si etiam tempore apostolorum
non fuisset purgatorium, vt superbit fastidio-
sus Pighardus. Nunquid ideo credendum est
hæretico vix quinquaginta annos nuper na-
to, & fidem tot seculorum falsam fuisse con-
tendendum? Maximè cùm ipse nihil faciat
aliud quàm quod dicit. Non credo. Et sic
probat omnia sua, & improbat omnia no-
stra. Non pigeat attendere quàm catholicè
hic de purgatorio sentiat Lutherus, & quatum
D tribuat

DE PURGATORIO

tribuat fidei ecclesie, etiam si foret scripturis non roborata. Et quomodo reprehendit illum hæreticum, quia tota sua probatio & improbatio est, Non credo. Eodem gladio etiam teipsum iugulas Luthere.

Deinde Lutherus factus Romani Pontificis publicus hostis, putans se inuenisse iaculum quo eum confoderet, immemor priorum suorum verborum, scripsit in libro theutonico de angulari missa. Deus est mirabilis indulgentias aboleuit, Purgatorium ignem extinxit, peregrinationes suppressit. Multosque alios Dei mammonæ cultus atque idololatrias papistarum prostravit. Præterea in libro quem inscripsit, Admonitionem ad Ecclesiasticos Augustæ, inter cætera sic dicit. Quid aliud est dicere, Oportet te pro peccatis tuis satisfacere, quã istud, Oportet te Christum negare, Euãgelium blasphemare, Deum mendacij arguere, & cæ. Ex hac abominatione omnes aliæ venerunt, missarum sacrificia, purgatorium, peregrinationes, indulgentiæ, ieiunia, cultus sanctorum, & vigiliæ. Et alibi sic loquitur. Scriptura diuina tota profus nihil habet de purgatorio, Aliquando verò tenuit quod animæ in purgatorio nõ sint certę de sua beatitudine. Et iterum animę in purgatorio peccant sine intermissiõe, quãdiu horrent

horrent pœnas & quærunt requiem, Quia quærunt quæ sua sunt, plus quàm voluntatem Dei. Vide quàm sit sibi hic euangelista cõtrarius. Vide quàm non meminert quæ dixerit vel scripserit. Modo astringit, modo negat purgatorium, modo varia de eo loquitur, vt facile intelligat diligens lector, ne micam quidem habere sanæ mentis, eos qui omnia Lutheri dicta velut certissima Dei oracula colant & adorent.

De satisfactione quàm secum pugnet Lutherus. CAP. IX.

PHILOMATHES Esto, in aliquibus hallucinatus fuerit Lutherus de satisfactione, scribens in septemcipite circa quintum articulum ab ecclesia catholica non recedit, sic inquit ecclesia mater pio affectu præuentura manum Dei, castigat filios suos satisfactionibus quibusdam, ne incurrant flagella Dei. Sicut Niniuitæ operibus suis spontaneis præuenerunt iudicium Dei.

ORTHODOXVS Catholicè quidè hoc scripsit fateor, quãdo putabat hoc militare cõtra indulgentias, dum verò Ecclesiasticũ eradicare adniteretur statum cõsuet monasteria, collegia, missarum sacrificia, vigilias, peregrina-

D ij nationes

DE SATISFACTIONE

nationes, cultum diuorum, & venerationem reliquiarum, stabiliri operibus satisfactorijs, Quæ omnia dum eneruare contendit, scribit in libro quem intitulauit, Admonitionem ad Ecclesiasticos. Docuistis nos inquit satisfaciendum esse per opera nostra pro peccatis. Quid iam hoc aliud est dicere? Oportet te pro peccatis tuis satisfacere, quàm istud, Oportet Christum negare, Baptisma tuum reuocare, Euangelium blasphemare, Deum mendacij arguere, Remissionem peccatorum non credere, Sanguinè ac mortè Christi pedibus calcare, Spiritum sanctum violare. Per te ipsum eiusmodi virtutibus in cælum ascendere?

Concluderet aliquid Lutherus si tam stolidè mentis esset quispiam Orthodoxus, qui putaret sic satisfacere nudis suis operibus pro peccatis suis, vt aperiret sibi cælum, & quæcūq; mala ex peccatis obuenientia valeret tollere, sine merito passionis Christi.

Satisfactio per opera nostra necessaria nobis est, non propter insufficientiam passionis Christi, sed quia hanc Deus à nobis exigit, vt qui Deo per inobedientiam debitum honorem subtraximus, aliquid sensui nostro accommodum detrahamus de peccato admissio vltro vindictam in nobis sumentes, quod in Dei honorem offeramus. Hoc quoq; aliquando

do placuit Luthero, dum scriberet contra indulgentias, ut habitum est & hic in principio capitis. Quòd autem eam satisfactionē per opera pœnalia à nobis Deus requirat, docent veteris & noui instrumenti testimonia. Conuertimini inquit Dominus per Iohelē ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & plāctu. Et per Ezechielem. Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Et Ioannes Baptista in deserto clamabat dicens. Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum. Quæ autē sit ista pœnitentia docet Ambro. Pœnitētia inquit est præterita mala plangere & plangenda iterum non cōmittere. Docet hoc ipsum Ioannes Baptista dicens, facite fructus dignos pœnitētię. Sunt namq; fructus quidā digni innocentiaē seu iustitię, declinare videlicet à malo & facere bonū. Fructus verò digni pœnitentię sunt secundū Cypria. lib. epist. 3. Satisfactiōibus & lamentatiōibus iustis delicta redimere, & vulnera lachrymis abluere. Hinc Grego. homi. 20. Quisquis illicita nulla cōmisit huic iure naturę conceditur ut licitis utatur. At si quis in culpā sit lapsus tanto à se debet licita abscindere, quanto se meminit & illicita perpetrasse. Docuit hoc ipse Saluator dicens. Ve

D iij tibi

DE SATISFACTIONE

Matth. 11. tibi Chorosaim, vę tibi Betsaida, quia si in Tyro & Sydone facta fuisset signa quę facta sunt in te, olim in cinere & cilicio pœnitentiam egissent. Vides pœnitentiam per opera sensui
3 Reg. 21. pœnalia peragendam, hoc testatur humiliatio Achab regis, in sacco & cinere sua delicta plangentis, hoc ieiunia Niniuitarum in sacco, cinere clamantium declarant. Hoc docent Petri & Magdalene profusę lachrymę. Sapiens quoq; ait. Fili peccasti ne adicias iterum, Et de pristinis deprecare vt tibi dimittantur. Sic
Iona. 3.
Prov. 21.
Iob. 42. Iob pœsumptionem suam attendens, ait idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Huic consonat illud Hieronymi contra Iouinianum lib. 2. cap. 47. Aliud est pœnitentę esse, & lachrymis veniã deprecari. Aliud sęper esse cū patre quod est pœbē viuere.

Ex his clarę dinoscitur peccatori resiliēti non sat esse si nouā inchoet vitā priori derelicta, Sed oportet vitā priorē operibus pœnalibus diluere per satisfactionē. Docet hoc Saluator dum ait. Gaudiū erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiã agente, quā super nonaginta nouę iustis qui nō indigēt pœnitentiã. Iustos dicit Dominus non egere pœnitentiã, quibus tamē opus est proba vita. Superadditaque pœnitentiã probę vitę, priorum delictorum planctum & satisfactionem.

Luc. 15.

De

De cultu & inuocatione sanctorum.

CAP. X.

PHILOMATHES De cultu & inuocatione diuorum persanctè sentit Lutherus. Eisque tantum tribuit quantum catholicus debet.

In libro de decē præceptis decalogi acrius inuect^o est in Thaboritas & Vvaldeñ sub hac forma, Pighardi infelices heretici suas partes à me adiutas non confidant. Qui præ nimia ruditate nobis theutonicis imponunt, quòd sanctos Dei colamus & idola faciamus, & ideo contra nos aceruum versuum scripturæ congregant, in quibus prohibetur ne adoret quis nisi vnum Deū. Infidiosissimè omittunt quæ scribuntur rex David, & Salomō & multi alij adorati. Simul impij sunt peruersores scripturæ & subdoli calūniatores pietatis nostræ.

In eodem lib. ait. Omnes sancti ònia possunt. Et tantum per eos tibi à Deo datur quantum credis te accepturum. Quid enim aliud sunt sancti, nisi velut guttulæ roris siue guttæ noctium in cincinnis & capite sponsi? Sic & *Canti. 5.* in sermone de præparatiōe ad mortē, docebat ægrotum vt inuocaret ònes sanctos angelos, præcipuè angelum suum, Dei genitricem, omnes apostolos, aliosq; sanctos. eos præsertim ad quos Deus ei specialē indiderit deuotionem.

D iij

Ortho-

DE CVLTV ET INVOCAT.

ORTHODOXVS Si huic sententiæ perpetuò adheſiſſet, nõ eſſet neceſſe acrius illum ſtilo perſtringere. Poſteaquàm verò ſuperbia atque inobedientia eum in furorem contra Romanum pótificem concitauerunt, longè aliter de ſanctis & ſcripſit & concionatus eſt. Tunc enim Dei genitrix Maria nihilo erat melior vel maior Luthero. Tunc vicinus eius poterat tam bene iuuare eum quàm illa. Tunc oratio ſua tam bona erat quàm illius. Tunc è tabulis puerorũ eijci oportebat Aue Maria. Tunc impia erant cantica Salve regina, & regina cœli. Item ſancti Apoſtoli Petrus & Paulus nihil amplius poterāt quàm Lutherus. Et qui mendico dabat florenum vnũ, melius faciebat ac plus merebatur, quàm ſi beato Petro aureum templum ædificaret. Item ſancti in terra adhuc viuentes erant vt gemmę, Mortui verò vt ligna erant, immodera erant idola. Hinc inſurrexerunt ſeditioſi prophetę, qui omnes ſanctorum imagines atque etiam ipſius Saluatoris è templis eiecerunt, tam tumultuoſè quàm impiè, Ita vt is melior magiſq; pius habebatur, qui pluribus aut maioribus contumelijs imagines afficere noſſet. Neq; mitiores erant erga oſſa & qualibet reliquias atque exuias diuorum, & incalices monſtrãtiãſque deauratas, donec fu-

rentes

rentes tandem rustici superuenirent, qui templa quoque & monasteria deuaftarent, tanta cum infania atque impietate, vt Lutherus ipse & gladio temporali & æterne damnationi eos adiudicauerit.

Rursus in concione funebri ducis Saxonie, sanctos commédare cœpit in gratiam nimirum sui patroni, quem & martyrem & sanctum dormitorem facere parabat.

Hic vt vbique sui similis non est Lutherus sibi non constans, immo tam varius quàm pardus.

De sacramento eucharistiæ quid sentiat Lutherus. CAP. XI.

PHILOMATHES Videris mihi lucubrationes Lutheri quàm diligentissimè excussisse. Nunc si vacat de cœna Domini quid sentiat expedias velim.

ORTHODOXVS Faciam libenter vt varium & instabile pectus Lutheri propius cognosca s

Incidit nuper Cocleus in libellum quendam Gasparis Querhamer Hallensis, qui miro studio congererat circiter. 36. contrarietates ex diuersis Lutheri libris super vno duntaxat articulo, qui est de communionem eucharistiæ sub vna aut sub vtraque specie.

D v Porro

DE SACRAMENTO EVCHA.

Porro in confessione exhibita imperatorie
Maieftati in comitijs Auguftæ celebratis, fic
habet decimus Lutheranorum articulus. De
cœna domini docent quòd corpus & fanguis
Cristi verè adfsint.

Lutherus in feftam Pighardorū (qui transfubstantiationem negant) delapsus, dicit substantiam panis & vini equè post consecrationem atq; antea ramanere. Transsubftatiatio nem pro humano figmento haberi vult, quia scriptura eum terminum non habet.

Ecce Lutherus & Arrius pari verſutia ſua dogmata probant. Ille transsubftatiatio-
nem quam vocamus vnus substantiæ in aliam
transmutationem, Iste homouſion quod la-
tinè ſonat conſubſtantialem, expoſit, quia
ſcriptura hæc vocabula non habet. Quid
refert ſi in ſententia habet? Catholici eis
verbis uſi ſunt vt ſcripturæ obſcuræ clari-
tradantur & recipiantur. Vbi quoque ha-
bes in ſcriptura, quòd poſt verba conſecra-
tionis ritè à ſacerdote prolata, non eſt tranſ-
ſubſtantiatio? Quære & non inuenies.

Aliud autem efficiunt (conſcientia tua teſ-
ſte) verba ſacerdotis conſecrantis quàm dia-
coni eadem verba in templo canentis. Nam
hic nulla fit mutatio, ſed ibi etiam qualitatis
aut quantitatis, quemadmodum fit in altera-
tione

tione aut augmentatione, ergo substantiæ.
 Quam mutationē transsubstantiationem vo-
 camus. Siquidem hoc vocabulum displicet
 Luthero, quia expressè in scriptura non inue-
 nitur, displicebit pariformiter vocabulum
 trinitatis quod omnes Orthodoxi recipiunt,
 licet scriptura non habeat. Hanc trans-
 substantiationem docet Ambrosius libro .4.
 de sacramentis cap. quinto. sic dicens, Ante-
 quam consecratur panis est, Vbi autem verba
 Christi accesserint corpus est Christi, Et an-
 te verba Christi calix est vini, & aquæ ple-
 nus, vbi verba Christi operata fuerint ibi san-
 guis efficitur qui plebem redemit.

Idem ibidem ca .4. Tu fortè dicis meus
 panis est vsitatus. Sed panis iste ante verba
 sacramentorū panis est. Vbi accesserit con-
 secratio, de pane fit Christi caro. Hoc igitur
 astruamus. Quomodo potest qui Panis est,
 corpus esse Christi consecratione? Respon-
 det post pauca. Sermo Christi hoc conficit
 sacramentum. Quis sermo Christi? Nempe
 is quo facta sunt omnia. Iussit dominus fa-
 ctum est cœlū. Iussit dominus Facta est terra.
 Iussit dominus & facta sunt Maria. Vides er-
 go quod operatorius sit sermo Christi? Si ergo
 tanta vis in sermone domini, vt inciperēt esse
 que nō erant, quāto magis operatorius vt sint
 que

DE SACRAMENT. EVCHAR.

quæ erant & in aliud commutentur?

Exod. 4.

Si Moyses potuit vertere virgam in serpentem, & iterum serpentem in virgam commutare, Quare non valebit sacerdos verbo domini, panem & vinum in Christi corpus & sanguinem permutare?

Augustinus quoque sermone. 28. super Lucam sic ait. Cùm de sacramentis tractarem dixi vobis, quòd ante verba Christi quod offertur, panis dicitur. Vbi Christi verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus Christi appellatur.

PHILOMATHES Placerent hæc si scripturæ testimonio fulcirentur.

ORTHODOXVS Non deerunt tibi, modo illis assensum præbeas, Ait enim Matthæus, Cœnantibus illis scilicet Apostolis accepit Iesus panem & benedixit ac fregit, deditque discipulis suis & ait, Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Quomodo Christus veritatem sui corporis ibi expressius insinuare valuisset, quàm dicendo hoc est corpus meum? At ne enigmaticè hoc dictum aliquis estimet, subiunxit Quod pro vobis tradetur, verum enim Christi corpus traditum est non figura. Non panis, non vinum.

PHILOMATHES Non consentit Lutherus Vuicleuo, Oecolampadio, aut Zvvinglio
qui

qui negant imitantes Berengarium, in sacramento altaris esse verum Christi corpus & sanguinem, Sed figuram ibi esse duntaxat asserunt corporis Christi & sanguinis, sed tenet cū Christi corpore & sanguine, simul ibi esse substātiās panis & vini post cōsecrationē.

ORTHODOXVS Si quidem hoc voluisset Christus, dixisset ni fallor aduerbialiter. Hic est corpus meum, vti dicimus hic est Petrus hic est Paulus vel lapis. Modo autem ait Hoc est corpus meum. Hoc videlicet quod ante verba cōsecrationis panis erat, iā cōsecratione facta, & trāsmutatiōe siue trāssubstātiatiōe corp⁹ meū est, idem sentimus de calice.

Huc accedit quod addidit Saluator, hoc facite in meam commemorationem, vt idem faciant Apostoli & eorundem successores sacerdotes, quod fecit Christus, Panem in suum verum corpus, & vinum in suum sanguinem conuertendo.

Sed altius progrediamur & videamus q̄ variabilis sit hic nouus euangelista, & quā secum ipse delitiget perpetuò pugnetque, dicens modo in eucharistia esse verum Christi corpus & sanguinem, modo non esse, In libello enim de abominatione canonis missę sic ait. Debemus ne Deo buccellam panis & vini offerre vt acceptet pro christianitate? Ac

prete-

DE SACRAMENTO EVCHA.

præterea dicere esse sanctum & immaculatum sacrificium, Nonne tantundem est dicere, vt Deus pane & vino placetur? Quod tamen nihil amplius est quàm alius panis, quo vnusquisque vescitur. Item Tu ne pro iustis christianis oras, cum sis ipse nebulo & blasphematō Dei? Et nihil agis amplius quàm quòd buccellā simplicis panis & vini offers. Si quis rectè aperiret oculos atque abominabilem Dei blasphemiam intueretur, quæ quotidie fit in toto mundo cor certè desiliret ei.

Ecce hic negat verum Christi corpus & sanguinem esse in altari, & solam ibi esse panis aut vini substantiam. Qui nuper admiserat ibi veritatem corporis & sanguinis Christi, sed cum panis substantia & vini.

Sed oro Luthere Quis nam tibi suggestit vt dicas solum panem & vinū offerri in missa & non Christum ipsum?

PHILOMATHES In libro theutonico de angulari missa, fatetur Lutherus se cum diabolo disputationē habuisse, qui quinque rationibus probauerat Lutherum 15. annis idolatriā meram commisisse, celebrando missam, eo quòd non cōfecerit ibi corpus & sanguinem Christi, sed merum panem vinumque adorauerit alijsque adorandum proposuerit.

ORTHODOXVS Veritatis emulus mendacii

dacij pater, qui nostræ matri Euæ mendaciū
 persuasit dicens, nequaquam moriemini: ille
 Lutherum docuit in missa nō fieri consecra-
 tionem, & Christum non esse in eucharistia,
 cui placet adhærere mendaci, is diabolo &
 Luthero assentiat. Quis enim poterit abduci
 vt credat vera esse, quæ à spiritu mendacissi-
 mo accepta testatur Lutherus?

Ex eadem officina dimanauit quodd Lu-
 therus censet missam abolendam, eiusque ce-
 lebrationem ritè abominandum, Quam ce-
 lebrationem habent pij Christiani, pro singus-
 lari & principali suo sacrificio ex traditione
 apostolica. Nā vt recitatur ca. Iacobus de cōf.
 dist. I. Iacobus frater domini secūdū carnē, cui
 primūm credita est hierosolymitana ecclesia,
 & Basilius cæsariensis episcopus addiderunt
 nobis missæ celebrationem, glo. ordinem ce-
 lebrandæ missæ tradiderunt.

Nec futili verbo dixerim hoc sacrificiorū
 maximum. Idem est enim sacrificium Christi
 olim in ara crucis oblatū, & quotidie in mis-
 sa celebratum. Dicit namq; Chrysof. homil.
 decima septima super epistolam ad Hæbreos
 Imperauit dominus hoc sacrificiū semper of-
 ferri propter infirmitatē, vt & memoria pec-
 catorū fieret. Quid ergo nos? Nonne per sin-
 gulos dies offerimus? Offerimus quidem
 sed ad

DE SACRAMENTO EVCHA.

sed ad recordationem facientes mortis eius.
Et vna est hostia, non multæ. Quomodo vna
est, & non multæ? Et quia semel oblata est il-
la, oblata est in sancta sanctorum. Hoc autem
sacrificium exemplar est illius, id ipsum sem-
per offerimus, nec nūc quidem alium agnum,
craftina alium, sed semper id ipsum. Proinde
vnum est hoc sacrificium, alioquin hac ratio-
ne, quoniam in multis locis offertur, multi
Christi sunt? Nequaquam, Sed vnus vbiq;
est Christus: Et hīc plenus existens, & illic
plenus vnū corpus, Sicut em̄ qui vbiq; offer-
tur, vnū corpus est, & non multa corpora. Ita
etiam & vnū sacrificium. Pōtifex autem no-
ster ille est, qui hostiam mundātem nos obtu-
lit, ipsam offerimus & nunc, quæ tunc oblata
quidem, consumi nō potest, hoc autem quod
nos facimus, in commemorationem quidem
fit eius quod factum est, hoc enim facite in-
quit in meam cōmemorationem. Non aliud
sacrificium sicuti Pontifex, sed id ipsum sem-
per facimus. Dicit etiam Augustinus quem-
admodum recitatur de conse. dist. 2. ca. se-
mel. Semel oblatus est in semetipso Christus.
Et tamen quotidie immolatur in sacramen-
to, Et ibidem ca in Christo ait Ambrosius. In
Christo semel oblata est hostia ad salutē sem-
piternam potēs. Quid ergo nos? Nonne per
singulos

singulos dies offerimus? Sed ad recordationem mortis eius. Et vna est hostia, non multæ, Quomodo est vna & non multæ? Quia semel oblatus est Christus. Hoc autem sacrificiū exemplum est illius, id ipsum, & semper idipsum. Et Paulò post ipsam offerimus etiã nunc quæ tunc oblata est, consumi non potest.

Quod nos facimus in commemoratione mific eius quod factum est, hoc enim facite ait Saluator in meam commemorationem, hoc quoque sacrificium in symbolo Ephesino dicitur incruentum, hoc est non in specie cruoris, vt olim in ara crucis, tunc enim cruentum erat, de consec. dist. 2. ca. necessariæ.

Noueris præterea mi Philomathes si abominandum esset missæ sacrificium, nõ dissuasisset hoc ipsum diabolus qui boni est hostis, sed toto conamine ad celebrandum abominandum Deo sacrificiū impulisset Lutherum.

De baptismo paruulorum.

CAP. XII.

PHILOMATHES à te Orthodoxo quem præceptoris loco amplector, vehementer edoceri cupio quid Lutherum de paruulorum baptismo sentire existimes.

ORTHODOXVS In illo tam ditiorsus sibi est quàm in alijs, Nã cum malè audfret apud

E ple-

DE BAPTISMO

plerosq; tanquam ipse prima radix & scaturigo fuerit in omnibus istis sectis. Maximè autem quū Balthasarus pacimontanus eius mentionem fecisset, quasi & ipse consentiat in stultam hanc anabaptistarū opinionem. Librum ædedit theutonicum in anabaptistas, in quo inter cætera probat non tam fidei baptizati aut baptizati aut patrinorum fidendum esse quàm promissionibus Christi, & susceptione baptismi. Fidem enim esse incertam, sacramentum autem certum. Cùmque rebaptizatores dicant, Nusquam haberi in scripturis quòd paruuli habeant fidem propriam aut quòd baptizari debeant, Ipse respondet, neque scriptura vlla dicit, adultos baptizate, & nullos paruulos. In eodem libro contra rebaptizatores sic habet. Ego & gratias ago Deo & gaudeo me paruulum esse baptizatum. Ibi enim feci quod Deus præcepit. Siue ergo crediderim siue non, sum tamen baptizatus super mandatum Dei. Baptismus verus & certus est, siue fides mea adhuc hodie certa sit siue incerta. Possum curare vt adhuc credam ac certus fiam. In baptismo nihil deficit, in fide semper est defectus. Satis enim habemus laboris ad discendam fidem toto tempore vitæ.

Ea

Ea de re longè aliam scripsit sententiam ad Vvaldenses seu Pighardos Bohæmię . Ac interea quę in eis reprehendebat hunc quoque articulum commemorabat , quòd paruulos baptizant ad futuram fidem quam adulti consequuturi sint . Ait igitur præstare prorsus omittere baptismum in paruulis quàm baptizare sine fide . Quia sacramenta neque debeant neque possint sine fide accipi . Si verò sine fide accipias sacramentum , magno tuo malo accipies . Huic vestrę inquit doctrinę opponimus nos verbum Christi , Qui crediderit & baptizatus fuerit salu' erit . Qui verò nõ crediderit cõdēnabitur . In Coeleum verò scribens sic ait , Non negamus paruulos esse baptizandos , nec asseremus eos baptismum accipere sine fide , sed dicimus ad baptismum eos credere per vim verbi quo exorcizantur , & per fidem ecclesię eos offerentis , & eis fidem orationibus suis impetrantis , Alioqui mera & intolerabilia essent mendacia , quando baptizans à paruulo quærit an credat , non baptizaturus nisi vice eius respondeatur , Credo . Vt quid interrogat an credat , si certum est eos non credere ?

In captiuitate verò Babilonica dicit,

E ij

Bapti-

BOHAEMOS ALIQ. LAVDAT

baptismum neminem iustificare nec vlli prodesse, sed fidem in verbum promissionis, cui additur baptismus.

Attende in his quàm varius sit sibi Lutherus & non constans, qui ad omnem auram mutatur, vt quicquid sibi suggerat ingenium vel materia, id effutiat immemor priorum suorum dictorum aut scriptorum. Concedit paruulis baptismum prodesse, postea negat, quia propriam fidem non habent, Inde consentit fidem ecclesie illis subuenire, Tandem ait baptismum nulli prodesse sed fidem.

Bohemos aliquando laudat, aliquando reprobat. CAP. XIII.

PHILOMATHES Quid de Bohemis sentiat Lutherus ne graueris aperire.
ORTHODOXVS Faciam quàm libentissimè, Bohemi propter abusus & mala quæ viderant in ecclesia potissimè romana sese ab eius obedientia subtraxerunt. Contra quos scribit Lutherus in cōmētario ad Ga. 6. super illo, alter alteri onera portate (licet postea typographi hoc omiserunt) Ibi Lutherus pulcherrimè declarat nō esse ab ecclesia propter malos recedendum: hi inquit peruertunt hanc doctrinā qui volunt sua onera portare, & solum cōmodis aliorum frui & vehi.

Et

Et qui indoctos inutiles iracundos, ineptos, difficiles morosos, dedignatur habere socios vitæ, sed quærunt humanos, suaues, benignos, quietos & sanctos homines. Hi nolunt in terra sed in paradiso, nõ inter peccatores, sed inter angelos, non in mundo, sed in cælo vivere. Quibus quoque timendum est, ne hic recipiant mercedem suam, & in hac vita suum regnum cælorum possederint. Nam cum sponsa nolunt esse liliũ inter spinas. Nec cum Christo damnari in medio latronum. Euacuant enim crucem Christi in seipsis, & otiosam ac stertentem, alijsque humeris vectatam charitatem habent, ecclesia tũc semper fuit optima quando agebat inter pessimos. Et post pauca, Consequens est inquit quod Bohemorum disidiũ à Romana ecclesia, nulla possit excusatione defendi, quin sit impium & Christi omnibus legibus contrarium, quia contra charitatem in qua oēs leges sumuntur, perstat. Nam hoc quod vnicè allegant, sese timore Dei & cõscientiæ defecisse, ne inter malos sacerdotes & pōtiffices viuerent, hoc eos maximè oĩm accusat.

In disputatione verò Lipsica cum domino Ioanne Eckio habita, vbi cum tanquam patronus Bohemorum in suspensionem venisset, ita sese purgavit, nunquam mihi inquit placebit nec in æternum placebit quodcumque

E iij scisma,

BOHÆMOS ALIQ. LAVDAT
scisma. Iniquè agunt bohæmi quòd se autho-
ritate propria separant à nostra vnitate . E-
tiam si ius diuinum pro eis staret . Cùm su-
preum ius diuinum sit charitas , & vnitas
spiritus .

At longè diuersa ab his postea scripsit tum
in Babilone sua, tum in assertionè 41. articu-
lorum suorum. In libro quoque de instituen-
dis ministris ecclesiæ ad senatum Pragensem,
inter cætera abominàda sic scripsit, Nūc post-
quam vos bohæmos proprijs malis monitos
fecimus vt papisticis ordinibus valedicatis,
addam & vnani generalè causam, qua fuscite-
mus & vobis & toti orbi nauseam & aposte-
siam ab execratis illis & abominandis ordi-
nibus, vides, quomodo qui execratus est ali-
quando disidium à Romana ecclesia iam
persuadet .

Vbi verò iã Romani pontificis & ecclesiæ
factus est publicus hostis multa sanè ex Vvi-
cleui Angli, & Iohannis Hus Bohæmi, hostiū
ecclesiæ Romanæ lucubrationibus mutuatus
est, ac in suam Babilonicam traduxit, quibus
pernitiosa sua dogmata confirmaret. Quo in
libro Bohæmos sedulò ac pro viribus tue-
tur . Catholicæ verò ecclesiæ vehementer
insultat, Qui inquit sunt hæretici & scisma-
tici nominandi ? Non Bohæmi, non Græci
(qui

ALIQUANDO REPROBAT 28

(qui euangelijs nituntur) sed vos Romani estis hæretici, & impij scismatici, qui solo vestro figmento præsumitis contra euidentibus Dei scripturas. In aerem hoc mendacium iactas Luthere. quod probare tibi foret difficile. Romana ecclesia Christi euangelio nititur, tuo autem contradicit.

Præterea ad Vvaldenses de eucharistia agens criminatur Lutherus Bohæmos, quòd corpus Christi sub speciebus non contineri autument, nec ibi sinant adorari. Postea verò in eorum gratiam calumniatur & conculcat omnia nostra sacra, sic scribens, His ceremonijs, hoc genere adorationis omnia templa, monasteria, breuiter omnes anguli pleni sunt cultu papistico.

Et rursus, Nos inquit certi sumus vobis per donum inenarrabile Dei contigisse puram doctrinam, & magnam lucem verbi,

Item sub finem libelli, Obtestor inquit vos per charitatem Christi ne meū scriptum in eam partem accipiatis quasi vestris erratis me titillauerim. Sed tamen cum sciatis vos in toto orbe hæctenus tanquam pestilentissimos hæreticos proclamatos, hic testimoniū vobis perhibere volui, quòd propius accedatis ad puritatem euangelij quàm omnes alij quos ego cognouerim.

E iij

Hecci-

QVOD SIBI CONTRADICT.

Heccine constantia euangelica Luthere?
Pro tuo arbitrato negata asserere, & assera
negare ac nusquam certum figere pedem?

Quòd sibi contradictoria sunt dicta

Lutheri. CAP. XIII.

PHILOMATHES Mirari satis non va
leo te tot inuenisse contrarietates in v-
no Luthero qui se euangelistam censet.

ORTHODOXVS Plures adducam
ni graueris audire, ne autem verborum meo-
rum ambigua sit fides, curabo verba viri eru-
ditissi. Ioannis Fabri, Episcopi Viennensis, ex
responsione sua .55. contra librum Martini
Lutheri de potestate papæ, **VERBA EPIS-
COP I.** Certè negare non potes, ab initio
causæ tuæ dicebas indulgētias aliquid esse, has
duntaxat soluere canonicas, pœnas quas sta-
tuissent pōtiffices, ac patres antiqui, In tua ca-
ptiuitate, & alibi dicis indulgentias prorsus
nihil esse, immo ad verbum sic ais, indulgen-
tiæ nihil aliud sunt, quàm meræ adulatorum
Romanorum imposturæ, quibus fides Dei &
pecunię hominum perduntur.

Dicebas itaque canonicas pœnas per in-
dulgētiās posse remitti, & postea scribis nec
pontificem, nec episcopos, immo nec cōcilia,
in ho

in hominem quicumque statuere posse.

Hic ponis septem sacramenta. In captiuitate tua sic inquis, neganda sunt septem sacramenta, & tantum tria pro tempore ponenda. Quanquam ex vsu scripturæ loquendo, non nisi vnum sit sacramentum.

Admiseras & posuisti liberum arbitrium, Iam dicis liberum arbitrium nihil esse, contra vtriusque testamenti apertissima testimonia.

Detestabaris Bohemos quod ab ecclesia recessissent. Iam scribis in hæc verba, Nō sunt hæretici neque scismatici Bohemi & Græci, quia euangelijs nituntur. Sed vos Romani estis hæretici & impij scismatici, Quasi non venerit spiritus sanctus in concilia contra eos habita.

Volebas te ac tua iudicio Romani pontificis submitti, Iam nec pontificem audire vis.

Appellabas Auguste non sine maiestate aliqua ad futurum concilium, cui te totū submiseras, huius decreto ex omni parte stare volebas, Sed non solum tibi fatalia labuntur, immo tu renuntias omni conciliorum decreto, quum non verearis dicere concilia esse humana decreta sibi contraria, proin aspernanda. Et iam non in vno libello duntaxat pontificem pro modesto spiritu tuo sathanam, Luciferū, & antichristum

E v vocas

QVOD SIBI CONTRADICT.

vocas, cuius pedibus te aliquando prostraueras, & beatissimum appellaueras patrem.

Clamabas pro celebrando concilio. Iam omnia concilia damnas, reijcis & impia vocas.

Laudabas concilium Nicenum tanquam omnium sacratissimum, nunc per omnia illi contraria scribis & dicis. Nam inter viginti canones tam sacrati concilij in Decem & octo peccas.

Non negasti Eucharistiam dici sacrificium, Iam contra Irenæum, Hieronymum, Ambrosium, Chrysostrum & alios dicis, impiissimus abusus est missam dici opus bonum & sacrificium. Celebrasti missas priuatas, etiam libellum scribis de abroganda missa priuata. Honorabas episcopos & venerabaris sacerdotes, iam dicis non esse dubium vniuersos sacerdotes & monachos cum episcopis & omnibus suis maioribus esse idololatrias, in statu periculosissimo agentes ob missæ ignorantiam abusionem & irrisionem. Liturgiam pro mortuis sacrum fecisti. Nunc verò dicere non vereris manifestum & impium errorem esse, missam pro peccatis, pro satisfactionibus aut quibuscunq; necessitatibus suis aut aliorum offerre seu applicare. Immo addis quòd scandalum sit missam credi sacrificium quod offertur Deo, contra Irenæum, Chrysostrum, Ambrosium, Hieronymum, immo contra totam

tam ecclesiam per totum orbem diffusam.

Docuisti baptizari in nomine patris & filij & spiritus sancti, Nunc ais quocunque modo tradatur baptismus, Modo nō in nomine hominis, sed in nomine Domini, verè saluum faciet, contra euangelium ac canonem apostolorum. Circa sacerdotes & episcopos non reprobasti ad illos pertinere, Qui vos audit me audit, Nunc ita subinfers hæc verba, Qui vos audit me audit, Qui vos spernit me spernit, duntaxat apostolis euntibus prædicare euangelium referri debeant, contra Irenæum, Tertullianum, Cyprianum, & cæ. Immo ferè contra Euangelium. Nam in Luca habetur quòd hæc verba non ad apostolos, sed ad septuaginta duos discipulos dixerit. Et Paulus dicit. Qui hæc spernit non hominem spernit sed Deum. ^{1. Theff. 4.} Qui etiam spiritum suum dedit sanctum in nobis. In decalogo tua vota vouenda doces, In captiuitate verò cum desiderio optas omnia vota religionis, peregrinationum ac quorumcunq; operū tolli.

Sacerdotem dixisti ministrū esse Domini, qui potestate clauium confitentē absoluat. Iā dicis quòd Christus Math. 16. Quodcūq; ligaueris, Et in. 18. Quodcunq; ligaueritis. Et Ioannis ultimo. Quorum remiseritis peccata, Nihil de potestate, sed de fide omnia agat.

Docu-

QVOD SIBI CONTRADICT.

Docuisti in decalogo quæ circumstantiæ peccatum aggrauent. In captiuitate iam doces in confitendis peccatis apud Christianos, vnâ esse dūtaxat circūstantiā quæ sit peccasse fratrem. Nulla enim persona fraternitati Christianæ comparanda sit. Nec aliquid aliud faciat obseruatio locorum, temporum, aut personarum, & si qua alia est inflatura superstitiosa quàm vt magnificet ea, quæ nihil sunt in iniuriam eorum quæ omnia sunt. Et sic secundum te non peccauerunt grauius qui domum Dei speluncam fecerunt latronū, quàm aliam domum. Nec fornicatio illius Corinthij satanæ traditi maior fuit quàm alterius. Frustra ergo dixit Ioannes Herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui.

Matth. 21.

1. Cor. 9.

Math. 14.

Hic Sacramentum confirmationis, dicis In captiuitate Babilonica, miraris quid illis in mentem venerit vt sacramentum confirmationis fecerint ex impositione manuum. Doces veteris legis præcepta non esse tenenda, In captiuitate approbas gradus ex Leuitico in matrimonio prohibitos. Dicis nos non teneri ad alia quàm quæ in noua lege sunt præcepta. Et incautè matrimonium inter aliquos arctissimo vinculo cōstrictos admittis.

Leges olim non damnasti, iam imprudentissimè scribis te scire nullam rempublicam legibus

gibus sceliciter administrari.

Ordinem, Sacramentum hic apertè dicis. In captiuitate tua sic verborum tuorum obliuisceris vt dicas. Sacramentum ordinis ecclesie Christi ignorat, inuentumque est ab ecclesia Papæ. Extremam vnctionem hic Sacramentum affirmas, In captiuitate tua dicere non formidas, Si vsquam deliratum fuerit in extrema vnctione præcipuè deliratum est.

Papam beatissimum vocas in epistola dedicatoria resolutionum tuarum, In libro contra Ambrosium Catharinum, conclusum esse dicis Papam esse Antichristum & Romam esse lernam malorum. Et quòd Papa minister sit diaboli, eiusque ecclesia synagoga sathanæ.

Pœnitentiam pro Hieronymi intellectu prædicasti, Iam dicis non esse pœnitentiam post naufragium secundam tabulam contrarias à Hieronimo repetitam sententiam.

Allegoriam in Paulo ad Galathas ac in pluribus alijs scripturæ locis non reprobasti, ad Ambrosium scribens dicis. Non permitto vt scripturæ plures quàm vnum sensum tribuas. Et solo literalis sensu pugnandum esse. Iterum ais qui & vnicus sit per totam scripturam Sic ergo nobis Deum ex electro ac quasi statuum immobilem, immo Christum ouem balantem & quadrupedem facis.

Ezec. vi
Ioan. i.

Quando

QVOD SIBI CONTRADICT.

Quando Vvittemberge professorem agebas placuere tibi gymnasia, Nūc vbi in academia locū non habes, dicis gymnasia pro tua diuina modestia esse Sodomam atq; Gomorram. Et quod impudētius est, vt sacerdotē beelphegor agas sacrificantē dicis esse, scholas dicis esse lupanaria. Quasi Christ^o rep^{ro}bauerit discētium scholas. Et nō legerit Esai. in synagoga. Acerimè sepe pro sacerdotio pugnasti, Iam in hāc venis infaniā vt dicas nullū esse in nouo testamento sacerdotiū, nisi quod humanis mēdacijs sit per sathanā creatum, Et ea propter nos surdas imagines vocas. Vis per ōnia primitiuā sequi ecclesiā, Qui prius ecclesiā tāto studio tuebaris. Montani errores euitasti, iā cum illo vt est apud Eusebiū, vniuersam blasphemias ecclesiā, & nihil reuerētiae illi defers. Nūc tu concludis, nō nisi die dominica semel esse celebrandū & cōmunicandū, Cū tamen in primitiua ecclesia quotidie communicarent.

Iubes misceri vinū cū aqua in cōsecratione & rectè, Cū tamē scripturā de aqua nullā habeas. Dicis primitiuā ecclesiā imitandā esse Tamen tu ac tui nō venditis possessiōes, & ponitis ad pedes discipulorū, Et quod maius est, nō ieiunatis, immo ieiunium luditis. Oblitiq; quod Antiochie prophetis ministrātibus ac ieiunātibus dixit illis spiritus sanctus, &cæ. Et quod

Luc. 4.

Act. 19.

quòd per singulas ecclesias cum ieiunationi- *Act. 14.*
bus constituerunt presbyteros.

Sed & confesionem auricularem ab ini-
tio probasti, Nunc verò damnas, & ita refutas
vt etiam qui velint cōmunicare mensē Domi-
ni non sit necesse quòd confiteantur. Modo
dormiant multi & sint imbecilles non pauci,
iuxta prophetiam Pauli. Et quasi in Actis 2. *1. Cor. 11.*
postolicis non venerint multi credentium
confitentes & annunciantes actus suos. Et tu *Act. 19.*
fortè scis soluere eum cuius vincula nescis,
hæc episcopus Viennensis.

PHILOMATHES Resilio à Luthero,
quem non credam deinceps Christi euange-
listam, sibijpsi in tot articulis contrarium.
Non enim cum Christo colligit sed dispergit. *Matth. 12.*

ORTHODOXVS In alijs quoque secum
& cum euangelio pugnat Lutherus ex dia-
metro, sicuti diffusius patuit in hoc dialogo,
& latius differetur.

Vt autem videas quomodo rota volubris
or omni vento, circumferatur, animaduerte.
Quando calumniam struere inciperet contra
indulgentias, scripsit ad archiepiscopum Ma-
guntinum, volens auelli securitatem de pro-
pria salute quam diuulgabant præcones per
indulgentias assequendam. Non sit homo
inquit securus per vllum munus episcopi de
salute

QVOD SIBI CONTRADICT

Phil. 2.

2. Pet. 4.

Matth. 7.

salute, cū nec per gratiam Dei infusam fiat securus, Sed semper in timore & tremore iubet nos operari salutem nostrā Apostolus. Et iustus inquit Petrus vix saluabitur, Dominus verò ubiq; difficultatem salutis denunciat, atq; etiam asserit viam quæ ducit ad vitam. Cur ergo per illas falsas fabulas veniarum & promissiones, prædicatores earum faciunt populum securum & sine timore.

In Babilonico suo præludio econtra scripsit tam securum tam diuitem esse hominem christianum, vt etiam si velit non possit perdere salutem, nisi nolit credere. Nec vlla peccata eum damnare queant, eo quòd per fidem in promissionem quæ baptizato facta sit, mox absorbeatur ac deleantur omnia peccata, modo credat aut cogitet se baptizatum esse.

Vide ô Philomathes, Non cogitat tuus Lutherus quid dicat. Sed quicquid in Buccam venerit euomit. Hoc solum meditans vt in Romanum Pontificem debacchetur. Nec mirum si secum pugnet, qui in aperto non veretur diuo Paulo contradicere scribenti ad *3. Cor. 6.* Corin. An nescitis inquit quòd iniqui regnū Dei non possidebunt. Nolite errare, neq; fornicatores, neque idolis seruietes, neq; adulteri, neque molles, neq; masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi

ebriofī neque maledici neq; rapaces regnum
Dei poffidebunt, Lutherus autem folos infi-
deles à regno Dei fecludit .

De ſimulata ſui ſubmiſſione .

CAP. XV.

PHILOMATHES Etsi magnam affer-
tionum Lutheri partem reieceris, hoc
in eo opinor comprobabis, quòd ſefe ſa-
cris literis, ſacris canonibus decretalibus pò-
tifijs, & eccleſiaſticis patrocinatus, immo ó-
nium ſuorum ſuperiorum iudicio ſubmiſerit.
Nam in libro theutonico quem contra ana-
baptiſtas ædidi commemorat bona que à pa-
patu habemus, ne omnia reiſciantur propter
odium Papæ. Nos fatemur inquit ſub papatu
multa bona eſſe, immo omnia bona Chriſtia-
na inde ad nos defluxiſſe. Nempe conſitemur
in papatu veram eſſe ſcripturam ſacram, ve-
rum baptiſmum, verum ſacramentum altaris,
veras clauſes ad remittenda peccata, verum
prædicandi officium, verum catheciſmum, ve-
luti orationem dominicam, ac decem præce-
pta & articulos fidei.

Edidit etiam libellum cui hunc præfixit ti-
tulum, *Reſolutiones diſputationum de indul-
gentiarum virtute*, miram exhibens erga Ro-
manum pontificẽ humilitatẽ ſubiectiõnemq;

F &

DE SIMVLATA

& reuerentiam inter cætera dicens. Beatissime pater prostratum me pedibus tuæ beatitudinis, offero cum omnibus quæ sum & habeo, Viuifica, occide, voca, reuoca, approba, reproba, vt placuerit, Vocem tuã vocem Christi in te præsentis & loquentis agnoscam.

Itẽ anno. M.D. xvij. Augustæ corã R. D. Thoma de Vio Cardinali sancti Sixti hanc fecit protestationem. Ego frater Martinus Luther Augustinianus protestor me colere & sequi sanctam Romanam ecclesiam in omnibus meis dictis & factis, præsentibus, præteritis & futuris. Quod si quid contra vel aliter dictum fuit vel fuerit pro non dicto haberi & habere volo.

Misit quoque ad Leonem Papam decimum solennem quandam protestationem, in qua deferebat non solum sacris literis, verum etiam sacris canonibus, decretalibusque Pontificijs & ecclesiasticis patribus, sed & superiorum suorum iudicium in omnibus volebat habere saluum. In protestatione autem quam fecit decertaturus cum Eckio, dixit se non in pugnare, nec christianè à quoquam impugnari posse, primatum & obediẽtiam Romanæ ecclesiæ, Nec derogare se Pontifici quicquid tribuitur ei.

ORTHODOXVS Laudo verba, protestationes

tiones probo. Vtinam tam laudandum pe-
ctus quàm verba, ~~Erat enim dissimulator &
simulator maximus.~~ Nam huiusmodi fucis &
fictionibus poetarum & rethorum sibi ani-
mos conciliabat, causamq; suam laicis cōmen-
dabat, indoctam interim plebeculam in suos
aduersarios concitabat.

Hanc animi sui simulationem & fictionē
non est veritus indicare lectori suo, scribens
ei de actis Augustæ, ac inter cætera sic ait, Po-
steriorem responsionem meam ~~etsi cum mul-
ta reuerentia dedi,~~ aut velut in arbitriū sum-
mi pontificis reposui, non tamen id me fecis-
se credas, quòd de re ipsa dubitem, aut animi
sententiam sim vnquam mutaturus. Sed quia
oportuit reuerentiã seruare ei, qui vice summi
pontificis fungebatur. De legato Ro. Pon-
tificis Cardinali sancti Sixti sermo est.

Operepretium est iam intelligere ~~vasfram
suam & fictam mentem~~ ex actis Augustæ. I-
bi enim in Cardinalis legati colloquium be-
nignè admissus, ac paternè admonitus est,
tria ex mandato summi Pontificis præstare,
Nempe ~~vt præuaricator ad cor redeat, er-
rores recantet,~~ ac deinceps ab eis & ab om-
nibus quæ ecclesiam perturbare possent ab-
stineat. At ille post diutinam delibera-
tionem, nihil horum facere voluit, dicens

DE BLASPHEMIIS IN

& iactans se nullorum errorum conscium .

Interea spargebantur atrocissimè in summum Pontificem criminationes, iactabantur conuitia , libelliq; famosi protrudebantur in vulgus , quibus non modo Papam , verùm totum clerum, Episcopos theologosq; odiofissimè vellicabant proscindebantq; . An imaduerte mi Philomathes si Christi euangelium admittat huiusmodi fictiones & doctos, si patrū ac superiorū omniū vitā impunè ac passim dilacerare doceat . Scrutare Lutheri lucubrationes & inuenies in animo eius tumorem, arrogantiam, inuidiam, odium, furores, in ore fictiones, calumnias, iniurias, sycophantias, mendacia . In opere concupiscentias, seditiones, seductiones, rebelliones, deprecationes, hoc est euangelium Lutheri

De blasphemis in summum Pontificem .

CAP. XVI.

PHILOMATHES Citra veritatem ac modestiam effutire hæc placuit.
ORTHODOXVS Quæ sequentia manifesta facient, Leo decimus vir alioquin mitissimus, vt vidit ecclesiam impijs & seditionis Lutheri scriptis vehementer turbari vniuersaque, dissidiumq; indies magis ac magis crescere, ac illum reiectis omnibus quilibet

pijs admonitionibus semper in peius proficere, proposuit primùm doctissimis quibusdam theologis Lutheri scripta pensiculatius examinanda. Deinde vocatis in consistorium Cardinalibus, eorum fretus consilio, quando lenitate per legatos & nuncios nihil effecisset, ad rigorem censurę processit. Ea tamen moderatione, vt in promulganda sententia recensitis. 41. articulis reprobis, libros tantùm damnaret, authorem verò librorum ad respiscendum paternè hortaretur. Quem antea Romam benignissimè vocauerat, offerens ei saluum conductum & sumptus itineris. Sed ille ad concilium appellauit, ac tandem concilia etiam ipsa generalia erroris arguens, nullius voluit stare iudicio, ne angeli quidem.

Priusquam verò publicatam accepisset bulam Leonis decimi Lutherus, adeptus est occultis Augustinianorum quorūdam fratrum suorum machinationibus, è Bohæmia libros Vvicleui Angli & Ioannes Hus Bohæmi, rebellium hæreticorum & Romanæ ecclesiæ hostium. Ex quibus multa mutuatus est, quę ad rebellionem suam deseruire videbantur. Edidit igitur librum contra septem sacramenta quibus ecclesia vtitur in salutem, cui titulum inscripsit de captiuitate Babilonica.

F iij

Edidit

DE BLASPHEMIIS IN

Edidit etiam libellum alium foedissima scurrilitate refertum, quem xenij loco pro nouo anno retribuit sedi apostolicę. Sicque exorsus est Martinus Lutherus sanctissimę sedi Romę & toti eius parlamento, meam gratiam & salutem in primis. Sanctissima sedes crepa, & non frangere, ob hanc nouam salutationem, in qua nomen meum primo & in supremo loco pono, osculandorumque pedum obliuiscor, &c.

Deinde post recitatam bullam in eam respōsurus ait, Ego autem dico ad Papę & bullę huius minas istud, Qui prę minis moritur ad eius sepulturam compulsari debet crepitibus ventris. Vbi venisset ad sextum articulum in quo excommunicantur qui Turcis aut Sarracenis ferrum & arma bellica apportant, Turcam Papę pręponit. Quid mali (inquit) facit Turca? Occupat prouincias & gubernat temporaliter. Et finit vnumquemque in sua fide permanere. Quod Papa non facit. Sed cogit vniuersum mundum à fide Christi ad sua diabolica mendacia, vt regimen Papę in corpore, bonis, & anima, decies nimirum peius sit quã Turcę. Et si Turcam expugnare velimus, à Papa nobis incipiendum esset.

Librum etiam emisit cui titulum dedit
aduersus

aduersus execrabilem anticristi bullam .
 Totus ille libellus meris inundat conuitijs & calumnijs ad excitandam defectionem & seditionem contra sedem Apostolicam . Ego inquit quisquis fuerit huius bullæ author , eum pro antichristo habeo . Atque primum protestor me dissentire toto corde damnationi huius bullæ , quam & maledico & execror velut hostem sacrilegum & blasphemam Christi filij Dei . Deinde assero fiducia tota spiritus mei articulos per eam damnatos , asserendosque pronuncio omnibus christianis sub pœna æternæ maledictionis , & antichristos habendos , quicumque bullæ consenserint , quos & his scriptis pro ethnicis habeo & deuito Quis vnquam sycophanta vel nebulo sic scripsit vel scurre , sicut Lutherus Christi vicario ? Vnde facile coniecturam facies an ex animo , Romano Pontifici sese subdiderit .

Manifestius appetis documentum ? In eam deuenit arrogantis dementiam , vt facinus attentaret atque etiam perpetraret audacissimum sanè & omnibus retro seculis inauditum . Quippe sacros canones & sanctorum patrum decreta , totumque ius Pontificium simul cum bullis papalibus , literisque & sigillis indulgentiarum publicè damnauit ad ignem ,

DE BLASPHEMIIS IN

& combussit. Ac de tanto scelere sese iactitās
etiam vt latius euagaretur eius facti fama, li-
bellum ædedit.

PHILOMATHES Quid si hoc colore
quispiam Lutherum defendat, Nempe multa
illum scripsisse acerbius pio fidei zelo? Tan-
ti enim ac tam crassi in ecclesia abusus, bilem
ei ac stomachum concitauerunt.

ORTHODOXVS Ego ne adeo adduci
possem vt credā Luthero rem ecclesiasticā fu-
isse vnquàm cordi, aut eum zelo sancto per-
motum? Aliud profectò clamant illa quę ef-
futiuit in libello intitulado contra Sicarium
dresde dicens, Hoc debet esse mea gloria me-
usque honor. Sic & habere volo, vt deinceps
dicatur de me quòd plenus sim maledicentia
criminationisque, & execrationis in papistas.
Volo & de cetero me aduersus nebulones i-
stos exercitare execrationibus ac maledictis,
vsque ad sepulturam meam, nec vllū verbum
bonum amplius ex me audient.

Quod hic pollicetur postea effecit, Nam
vt à summo pontifice anathemate ob perti-
nacem hèresim est percussus, dolore, ira, furo-
reque agitatus, omne genus conuitorum in
eum parauit, diſterijs innumeris incessens, vt
illum omnibus inuisum & exosum redderet.
In libro cui titulum dedit aduersus execrabi-
lem

lem Antichristi bullam, Antichristum eum appellat. In libro de Angulari missa, regem glirium eum vocat, tanquam Cæsar, Episcopi & alij principes qui eum pro summo Christi vicario, agnoscunt, pro gliribus habendi sint. In libro de abroganda missa priuata, Episcopos papæ Apostolos dicit. Et academias eius lupanaria. In libello quem glossam appellauit, in prætesum edictū imperiale Augustanum, Ecclesiam papæ meretricem asserit. Quā vilem autem papā habeat Lutherus, scribit ad lectorem suū, Non timeo inquit papā seu nomē papæ, multo minus pappos & puppas istas.

Huiusmodi voces ignominiosas, quis aure patientiæ audire poterit? Quæ etiam si in infimæ sortis hominem iacerentur, non possent non esse impijsimæ. Et vt nihil blasphemiarum omitteret, quod seditioni cōuenire posset contra epitomen editam à magistro Siluestro de pierio ordinis sancti Dominici Magistro sacri Palatij, scribens his verbis furit. mihi videtur si sic pergat romanistarū furor nullum reliquum esse remedium quàm vt Imperator, reges & principes vi & armis accincti aggrediātur has pestes orbis terrarum. Remque non iam verbis, sed ferro decernant. Quid enim lallant perditii homines etiā sensu communi priuati, quàm id quod Antichristus

DE BLASPHEMIIS

Exo. 21.

Exo. 22.

Gene. 9.

christus facturus prædicatur. Quid Luthere quid agis? Seuerus censor propria mala oculis intueris lippis, prælatorum vitia si quæ sint, tam acutè cernis? Porro charitatis ordinem inuertis. Lex Christi iubet vt prius secretè ac sine teste fratrem admoneas, quanto potius patrè? An excidit tibi sententia domini, Qui maledixerit patri vel matri moriatur? Item dijs non detrahes. In mentem tibi veniat maledictio Cham qui patrem suum nudatum ludibrio habuit. Heccine tua est conscientia Luthere, quam secundum leges diuinas scripturamque sacram te instituisse iactitas?

Exulcerabat mirum in modum Lutheri purulèrum pectus, quæ summus pontifex in eum tanquam in hereticum animaduertent. Quæ res ansam insaniendi & tot conuictorum vndas euomendi ei præbuit. Fecit autem bonus pastor quod agricolæ munus erat, vt luxuriantes palmites, inutiles, alijs impedimento existentes excideret ne reliquis officiant.

Quam parum tribuat Lutherus Roma. Pontificis iudicio eiusque decretis. CAP. XVII.

PHILOMATHES Vnum est in quo Lutherum (cuius scripta dictaque tam studiose ne dicam malignè vellicas) vehemèter probes necesse est, Nempe quòd Ro. Pontificis statutis

statutis aut decretis refragari nusquam conetur. Concilij Oecumenici sanctorumque patrum decretis sese subijciat.

ORTHODOXVS Non diffiteor Lutherū sese Ro. pontifici submittentē, sed verbis duntaxat, cū re ipsa contumacissimus sit, vt habitum est ca. 15. His enim compositis verbis animi sui latētes pestes textit, quo facilius alijs imponeret ac stulti popelli applausū emereri posset. Illū breui & arrogata sententia pupugisse videtur Sapiens dum ait, Est qui nequiter se humiliat & interiora eius plena sunt dolo.

Tandē in eā peruenit vesanię & arrogatię ^{Eccle.} p̄sumptionē, vt oēs dicat errasse, se veró haud quaquā hallucinari posse. Nā regi Anglię hæc verba scripsit, Diuina inquit maiestas mecum facit, vt nihil curem, si mille Augustini, mille Cypriani, mille ecclesię Henriciani contra me starēt, De^o errare & fallere nō potest, Augustinus & Cyprianus sicut oēs electi errare potuerūt & errauerūt. O animum tumētem, O Linguam arrogantem, Augustinum, Cyprianum, Basilium, ceterosque omnes delirare, ac in tenebris versari estimat, se solum sapere, se solum viuere & intelligere putat. Se plusquam angelum, illos vix homines facit.

Non pigeat audire quid de se senserit in assertione articulorum suorum, quos Leo papa dama

pa dama

QVAM PARVM

pa damnauerat edito diplomate. Ibi sese non solum prætulit doctoribus scholasticis, verum etiam ecclesiasticis patribus, Romanis pontificibus, immo & concilijs generalibus.

Certus inquit sum pro meipso verbum Dei esse apud me & nõ apud eos. Ego enim scripturam pro me habeo, & ipsi solúmmodo doctrinam propriam.

Et infra, In omnium patrum scriptis multi inueniuntur errores, sæpe sibi ipsis pugnant, sepe inuicem dissentiunt, scripturas torquent. Augustinus solum disputat, nihil diffinit, Hieronymus in commentarijs nihil ferè asserit. Scholastici doctores nihil ferè habent veri. Concilia quoque in processu libri superbè & iniuriósè reijcit dicens, siue papa siue concilium sic aut sic sentiat, Nemini debet esse præiudicium. Sed abundet quisque in sensu suo in libertatem enim vocati sumus. Eo quopacto scripturam detorquet, etsi reluctan-tem pro se stare cogit. Nam quod Paulus de libertate ab operibus legis, & à concupiscentiis dixit, hoc in libertatem credendi detorquet, quasi liberum sit cuilibet credere vel non credere, credere hoc vel illud, Cùm idem dicat, Sine fide impossibile est placere Deo.

Neque silentio prætereundum est quod ait in libello quem vocat glossam in præter-
sum edi-

Gala. 5.

Hebr. II.

sum edictum imperiale Augustanum, ibi ecclesiam vocat papæ meretricem, quam affirmat & peccare & errare.

Præterea Cocleus recensens aliquot Ioannis Hus articulos dicit Lutherum ipso Ioanne peius sentire, Nam Ioan. Hus dicit ecclesiam sanctam in cælo triumphantem, & hic corpore in cælo mente conuersantem, & in purgatorio à proprijs meritis dormiētem. Lutherus autem totam ecclesiam errasse dixit. Mox ab initio in primo concilio, cui interfuerunt etiam Apostoli & eorum discipuli, Eo quòd fuerint in hac sententia, legem & opera necessaria esse ad iustitiam & salutem.

Erroris arguis Luthere Apostolos, Ostende si vales vbi legeris opera nihil facere ad iustitiam aut ad salutem. An excidit tibi illud *Ex ec. 20.* Prophetæ, dedi eis præcepta mea & iudicia mea ostendi eis, quæ faciens homo viuet in eis? Legisti fortassis sed intelligere noluisti illud Ioannis, Qui facit iustitiam iustus est. *1. ioh. 3.* Et illud Pauli, Iustus ex fide viuit. Illud quoque eiusdem, Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Item *Hebr. 10.* illud Saluatoris, Si vis ad vitam ingredi serua *1. Cor. 3.* illud Apocalypsis, Opera enim *Matth. 19.* illorum sequuntur illos. *Apo. 14.*

Vide quomodo Lutherus prophetis, apostolis

DE SACRAE SCRIPTURAE

stolis immo ipsi Christo, se preferat. Illi enim opera p̄dicāt & suadēt, Lutherus nihili facit.

Iam velim mecum expendas Luthere giganteam tuam arrogantiam ac fastum immanem. Qui asseris ipsos Apostolos, papam, concilia, patresque omnes, à scopo & tramite veritatis aberrasse. At quid istud est aliud, quàm mendacem facere eum qui ait, *Cum venerit paracletus quem mittet pater in nomine meo ille docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia.* Et iterum, *Ille docebit vos omnem veritatem?* Eo autem illum adduxit inanis gloria, vt sibi persuasissimum esse testetur, se errare non posse, scripturamq; sacram profestare, quare nullius vult subire iudicium. Scribit nãq; in prologo libri intitulati aduersus falsò nominatum ecclesiasticorum statum papę & episcoporum. His certiores vos facio me de cætero vobis non amplius eum honorem exhibiturum esse, vt me submitterem, vel vobis vel etiam vlli angelo de cælo, ad iudicandum aut examinandum doctrinã meã, Sed volo doctrinæ meæ rationem & fundamentum ostendere coram vniuerso mundo, Eam autem volo habere iniudicatam à quolibet, etiam à cunctis angelis. Cumque de ea certus sim, volo per eã & vester & angelorũ quoq; iudex esse: vt quisquis doctrinam meam non

acce-

acceptauerit saluari non possit. Dei enim est, nō mea doctrina, idcirco & iudicium meū, nō meū sed Dei est. Hāc ne didicisti arrogantia in schola Christi Lutheri, eam magis docuit te aduersarius Christi & christianorū, diabolus, qui propter suā superbiā cœlo eiectus est.

Is cupit suę doctrinæ rationem reddere & fundamentū ostēdere coram vniuerso mūdo qui succubuit Lipsię disputans cum vno Ectio, qui congregari cum Cocleo veritus est, etiam frequenter prouocatus.

De sacre scripturæ interpretatione. Ca. XVIII.

PHILOMATHES Hoc scio te probaturū q̄ Lutherus scribens cōtra anabaptistas ait. Nos fatemur multa bona sub papatu esse, imo omnia bona Christiana inde ad nos defluxisse. Nempe confitemur in papatu veram esse scripturam sacram, verum baptismum, verum sacramentum altaris, veras clauas ad remittenda peccata, verum prædicandi officium, verum cathecismum.

ORTHODOXVS Benè quidem hic dixit si in ea perstitisset sententia. Huius enim immemor, totum studium conuertit in ademptionem authoritatis & obedientiæ papalis. Admit em̄ illi ius interpretandi scripturas, eōuocandi cōcilia generalia in li. theutonico quē intulauit de reformatiōe ecclesiæ. Hic nanq; illi placuit

placuit

DE SACRAE SCRIPTURAE

placuit titulus (cū tamen nihil in eo titulo respondeat) Alio quodam libello plebem constituit iudicem doctrinarum, & decretorum non modò papæ & episcoporum, verum etiam conciliorum vniuersalium. Hominum inquit verba ac doctrinæ constituerunt & ordinauerūt, iudiciū super doctrinis cōmittendum esse Episcopis & doctoribus atque concilijs. Quicquid illi concluderint totum mundum accipere debere pro iure articulisque fidei. Christus directè contrarium statuit, auferens ab Episcopis doctisque, & à concilijs vtrumque. Nempe ius & potestatem iudicandi doctrinas, ac tribuens vtrumque vnicuique, & omnibus christianis vniuersaliter, secūdam illud, Oues meæ vocem meam audiunt. Item Oues meæ me sequuntur alienos non sequuntur, sed fugiunt ab eis, quia non nouerunt vocem alienorum.

1449.80.

Audiat pius quiuis christianus quàm parum habeant rationis quæ Lutherus obrudere conatur orbi, Viros pijsimos ac doctissimos Augustinū, Hieronymū, Gregorium, Chrysostomum, Hylarium, cæterosque ecclesiæ magistros ab ouili Christi separat, tanquam for didos hedos, eosque sacras literas non intellexisse asseuerat, Quis pius ei assentiet? Quis est quod Petrus ait spiritus sancto inspirati lo-

2. Pet. 1.

cuti sunt sancti Dei homines? Et Paulus .
Christus ascendens dedit quosdam quidem
apostolos, quosdam autem prophetas, ali-
os verò euangelistas, alios autem pastores
& doctores, ad consummationem sancto-
rum, in opus ministerij, in ædificationem cor-
poris Christi. Præterea in epistola ad equi-
tem germanum spiritum intelligendi scriptu-
ras, & spiritum iudicij adimit Lutherus cle-
ricis, attribuens laicis. Deus inquit in repro-
bum sensum tradidit clericos, vt veritatem
ignorent, quam laici amplectuntur. Quis
 vel scintillam habens cerebri sani, à textore
 aut fullone iudicium exquiret picturæ, con-
 temptis pictoribus? Quo iudicio censet Lu-
 therus omnes clericos reprobos, vt nullus sa-
 nè quid intelligat: & omnes laicos sanctos,
 vt omnia diiudicent? Vt quæ clericorum est
 eis ademptam, amplexentur interpretatio-
 nem sacrarum literarum laici. Aliter omnino
 sensit Orthodoxus ille Valentinianus Impe-
rator, vt recenset historia tripertita lib. 7. ca.
12. Qui ab Episcopis Helleponti Bithiniæ,
 rogatus, vt interesset synodo ad emenda-
 tionem dogmatū, respondit. Mihi quidem
cū vnus sim de populo, fas non est talia
perscrutari, sed vobis sacerdotibus hæc cura
commissa est.

G

At

DE SACRAE SCRIPTURAE

At Basilius magnus dum cum Valente Imperatore multa de diuinis dogmatibus verba loqueretur, quidam qui erat super imperiales epulas constitutus, Demosthenes nomine, sese ingessit. Cui Basilius, Tuum est de pulmentarijs cogitare, non dogmata diuina decoquere, hoc refert histo. triper. lib. septimo. cap. trigesimo sexto.

Dominus quoque Deutero. 17. sanxit. Si difficile aut ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, & iudicium videris verba variari, Ascende ad locum quem elegerit dominus, veniesque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, queresque ab illis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Vides ne Luthere excecata talpa quantum dominus clericis tribuat? Quid obsecro iuuat te illa sententia, Oues meae vocem meam audiunt? Ego equidem clericos potiore gregis dominici partem existimo. Omnia quidem ouium Christi est audire Christi vocem, & ipsum sequi, non alienum. Non autem omnium est sacras literas diiudicare. Imo nec omnibus permittitur de eis disputare. Dicitur namque C. de sum. trinit. & fid. catho. leg. nemo. Nemo clericus vel militaris vel alterius cuiuslibet condi-

conditionis de fide Christiana publicè turbis coadunatis & audientibus tractare conetur in posterum.

PHILOMATHES Quibus rogo laicis concedit Lutherus iudicium sacrarum literarum?

ORTHODOXVS Profectò suis Germanis. Quales verò hi sunt insinuat in quodam theutonico libello contra Suermeros de sacramento eucharistiæ, Nos (inquit) Germani tales sumus socij, Quicquid nouum est accipimus, ei que adheremus, velut fatui. Si quis prohibet, is nos ad hoc furentiores reddit. Sin nemo prohibeat, Nos ipsi statim exatiamur & fastidimus, inhiantes subinde ad aliud nouum quid.

O crassam Lutheri oscitantiam, dixero potius an stultitiam. Qui summum pontificem, episcopos, aut ecclesiæ prælatos, aut doctores, ad vnum omnes à sacrarum literarum iudicio arcet, idiotas, rudes & impuros ad intima vsque admittit, quos tamen vt audisti ridiculos ferè & ad res nouas propensissimos esse asseruit.

Maximè verò miratu dignum est quod in prologo libri intitulati aduersus falsò nominatū ecclesiasticorum statū, scripta sua tā exacta

G ij habet

DE SACRAE SCRIPTURAE

habeat quòd nullius cēſoris limam admittat, ne angeli quidem. Fiduciæ suę baſim allegat aduerſus Regem Angliæ ſcribens, vbi ait. Certus ſum dogmata mea me habere de cœlo, dogmata mea ſtabunt & papa cadet. Euge Luthere qui vbique ſcripturam deſideras, ex quo ſcripturę loco hanc certitudinem expiſcatus es? Tam es certus de tuo dogmate, quàm certus dormiens de eo quod ſomniat. Conſultius tibi longè fuiſſet audire Sapientis dictum, Ne innitaris prudentiæ tuæ, quod interpretatur Hieronymus in parabolis, & recitatur de conſtit. ca. ne innitaris. Prudentiæ ſuæ innititur qui ea quæ ſibi agenda vel dicenda videntur, patrū decretis præponit, hoc facit Lutherus. Ob oculos tibi perpetuò volui debuiſſet illud Iſaiæ celebre axioma, Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobismetiſis prudentes. Nam de his dominus, Perdam inquit ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentium reprobo. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Quoniã Deus apprehēdit ſapientes in aſtutia ſua, & conſilium prauorum diſſipat.

Prov. 3.

iſa. 29.
1. Cor. 3

iob. 5.

AN. S. 0.

An solis scripturis agendum sit cō-
tra hæreticos. CAP. XIX.

PHILOMATHES Non ignoras o-
pinor Lutherum solis scripturis adhibe-
re fidem, hisq; debere duntaxat instru-
ctos venire : quotquot cum illo con-
gressuri in harenam descendunt.

ORTHODOXVS Scio mi Philomathes.
At meo omniumq; rectè sentientium iudi-
cio, multa credere, multa sperare, multa pro-
fiteri necessum est, quæ in scriptura nusquam
reperias, Credis ne Luthere te saluandum ?

At quæ obsecro scriptura habet, Lutherus sal-
uabitur ? Recipis ne apostolicū symbolum ?

Quis euangelistarum hoc conscripsit ? Quis

scripturæ locus euincit Christum descendisse
ad inferos ? Quis textus euangelij cōmunio-

nis sanctorū meminit ? Hæc nusquam (quod
sciam) sacrae literæ aperte exprimunt. Nemo

tamen est tam perfrictæ frontis Christianus,
vt his fidē abrogare audeat, quæ Apostolorū

ter maxima autoritas prodidit. Ergo præter
scripturam aliquid credis, speras, & recipis.

Pro nobis facit illud Ioannis, Sunt autem &
alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur

per singula, nec ipsum arbitror mundum ca-
pere posse, eos qui scribendi sunt libros.

G iij

Et

AN SOLIS SCRIPTVRIS

Et vt strictius tecum agam , Quid obsecro
 prædicauere Apostoli cū nullum adhuc es-
 set æditum scripto euangelium ? Credis ne
Ioannis, Lucę, Matthæi, & Marci euangelijs ?
 Scio quia credis . At quis liquidò iudicauit
 hoc Ioannis, illud Matthæi, vel alterius esse e-
 uangelium, Nisi ecclesia orbis magistra ? Suf-
 fragatur & illud Augustini contra epistolam
 Manichęi ca. 5. Ego euangelio inquit non cre-
derem, nisi me catholicę ecclesię commoue-
ret autoritas. Augustinus contra Donatistas
 ca. 24. docet cōsuetudines ecclesię vniuersa-
 lis ab apostolis fuisse traditas, quãuis multę nõ
 inueniantur in literis eorum nec in concilijs
 posterorum . Neque Damasceni negligenda
 autoritas qui lib. 4. ca. 8. 13. & 17. plurima scri-
 bit dogmata , ab Apostolis non scripto , sed
 viua voce tradita. Quę sacrosancta obserua-
 tu non indigna iure existimantur: secundum
 illud Pauli , State & tenete traditiones quas
didicistis siue per sermonem, siue per episto-
lam . Et Actuum. 16. dicitur Cū Paulus &
 Silas pertransirent ciuitates , tradebant eis
 custodire dogmata quę erant decreta ab A-
 postolis, & senioribus, qui erāt hierosolymis.
Quis verò addubitet Petrum & Paulum
multa sanè instituisse, quę si nõ scripto, tamen
quasi per manus tradita seruamus ? Scripsit
 aliquan-

3. Theff. 2.

aliquando Paulus Corinthijs de sacra synaxi ^{1. Co. 11.}
 quæ videbantur eo tempore necessaria. Et
 addidit, Cætera cùm venero disponam. Ad
 Timotheum autem sic scribit, Quæ audisti ^{2. Tim. 2.}
à me per multos testes, hæc commenda fide-
libus hominib⁹: qui idonei erūt & alios doce-
re. Neq; p̄tereundū censeo qđ Ioānes ait Plu-
ra habeo vobis scribere: Nolui per chartam &
atramētū. Spero em̄ me futurū apud vos, & os
ad os loq. Quid quæso cum his tractaturus, n̄
 si de ecclesiæ ordinationibus? Quales fortē
sunt precari versus orientē, erigere imagines
in tēplis: munire se signo crucis & cætera.

Dicit nāq; Aug. ex dictis Basilij, & recita-
 tur dist. 11, ca. ecclesiastic. Ecclesiasticarū in-
 stitutionū quasdā in scriptis, quasdā verò Apo-
 stolica traditione: p̄ successores in ministerio
 confirmatas accepimus: quasdā verò cōsuetu-
dine roboratas approbavit vsus, qbus par ri-
tus, & idē vtrisq; pietatis debetur affectus. Et
 Tertullianus in libr. de p̄scriptionibus here-
 ticorū. Cōstat inquit omnē doctrinā quæ cū
illis ecclesijs Apostolicis matricib⁹, & origina-
libus fidei cōspiret: veritati deputādā. Et sine
 dubio tenētes q̄ ecclesiæ ab apostolis, aposto-
li à Christo, Christ⁹ à Deo suscepit, reliquam
 verò oēm doctrinā de mēdacio p̄iudicādā q̄
 sapiat cōtra veritatē ecclesiarū & apostolorū

G iiij & Chri-

AN SOLIS SCRIPTVRIS

& Christi & Dei.

Apo. i.

Agè Luthere qui tam exactè ac solerter trutinas, pensiculas omnia, vbi in scripturis legis institutionem diei dominici? Cuius ipse beatus Ioannes in Apocalypsi meminit dum esset in sua pathmo. De ieiunio & quadragesima, putas mentiuntur, Theophilaetus ac Clemès beati Petri discipulus: aut Hieronymus, Augustinus, ac alij? An tibi mentiuntur Ignatius, Policarpus, Irenæus, Egesippus, Eusebius, ac alij qui res in ecclesia gestas luculento sermone multis voluminibus contexere? An indigna creditu tibi videntur Christi fidelium martyria, sub Nerone, Decio, diocletiano & cę. perpessa?

PHILOMATHES Et si vehementer urgeas plura credenda, quàm quæ scripto accepimus, Hoc saltem mihi dabis opinor: vbi scriptura suffragatur solis scripturis agendum esse cum hæreticis.

ORTHODOXVS Contra hæreticos decretatur scripturis inaniter, vtuntur enim scripturis aliquando, sed deprauatis: vel à genuino sensu detortis. Testatur id Tertullianus in libr. de prescriptionibus hæreticorum dicēs, hæresis quædam non recipit scripturas. Et si quas recipit, adiectionibus, & detractionibus, ad dispositionem sui instituti interuertit

tit

tit. Et si recipit non recipit integras. Et si aliquatenus integras præstat, nihilominus diuersas expositiones commentata, conuertit. Tantum veritati obstrepat adulter sensus, quantum & corruptus stilus. Ergo non ad scripturas prouocandum est, nec in his constituendū certamen, quibus aut nulla, aut incerta victoria est, aut parum certa. Dicit enim idem Tertullianus, ibidē, Aduersarij scripturas obtendunt, & hac sua audacia statim quosdam mouent. In ipso verò congressu, firmos quidem fatigant, infirmos capiunt: medios cum scrupulo dimittunt. Hunc igitur potissimum gradum obstruimus, non admittendi eos ad illam de scripturis disputationem. Prohibet namque Apostolus quæstiones inire: nouis vocibus aures accommodare, dum ait, Hæreticū hominē post vnā & secundā correctionem deuita: sciēs quia subuersus est qui eiusmodi est, Animaduerte Apostoli documentum, Non enim dicit cum hæretico etiam per scripturas ineundum certamen: sed bis monitum eum deuitandum. Et Augustinus libro primo de trinitate ca. 3. ait, Omnes hæretici ex scripturis sanctis falsas atque fallaces opiniones suas conantur defendere, Et eis pertinaciter inherent, etiam si alio in loco ex diametro videant sententiā sibi contrariā.

G v Porro

AN SOLIS SCRIPTVRIS

Porro Chrysoſtomus in expoſitiōe altera ſu-
per Matthæū homilia quarta. Malitia inquit
frequenter vincitur, nūquam autem placatur.
Audi ergo homo fidelis, qui contra hæreti-
cum libenter contendis, Si Phariſæi victi pla-
cati non ſunt, Et tu certando contra hæreti-
cum poteris eum placare cū viceris? Nun-
quid fortior tu es Chriſto, vt quos ille nō pla-
cavit tu placabis? quaſi dicat minimè.

PHILOMATHES Noſtri perrarò ex hac
paſtra descendunt inferiores.

ORTHODOXVS Immo ſepenumero, ve-
rùm is eorum eſt tumor & ſuperbia: vt ſe vi-
ctos nolint fateri, ſed ſeſe victores iactitent.
Tam teſtè tam ſubdolè omnia ſua agunt, vt
nemo niſi ſagaciſſimæ naris: eorum verſuti-
as & fraudes olfaciat. Quod Tertullianus
aduerſus valentinianos ſcribens indicat, hæ-
retici inquit nihil magis curant quàm occul-
tare quod prædicāt. Timent enim frequen-
tibus diſputationibus denudari, Nam inter
conferendum, ex vno errore in alios inci-
dunt. Et vno deprehenſo, alij expiſcantur
latentes errores. Quapropter frequentes cum
catholicis concertationes fugiunt.

Vis ne hæreticorum dolos & ſtrophas in
lucem extraham? Primo dum cominus ma-
nus cōſerere coguntur, ſtrènuè ſeſe negatiuis
tuentur:

AGEN. SIT CON. HAERE. 46

tuentur. Idque tutissimum putant fugę suę
præsidium: quicquid aliquando dixerint, in-
ficiari absterfo rubore donec euincantur.

Hinc tergiuersationibus certamē ineunt, vt
 nisi docti eorūq; fraudib⁹ exercitatissimi, eos
 deprehēdant: huius testis est diuus Hier. in a-
 pologia contra Origenē ca. 32. Si inquit vr-
 geri cœperint hēretici, aut subscribendum eis
fuerit, aut exeundū de ecclesia, miras strophas
videas. Sic verba temperant, sic ordinem ver-
tunt, & ambigua quęq; concinunt: vt nostram
& aduersariorum confessionem teneant. Et
aliter catholicus, aliter hēreticus audiat. De-
inde calumnijs, cōuitijs, scommatibus certāt.
Nos maliciosos & inuidos vocant: sese verō
innocētes & simplices iactitant, Neq; mēdacia
desunt. Quę ōnia si prudenter deprehēdas, ca-
chinno aut ioco elabūtur, nesciētes erubescere.
 Quid igitur fuerit ineptius, quā sese defa-
 tigando cum Luthero aut eiusdem notę hēre-
 ticis disputare: qui nil admittunt nisi nuda
scripturę verba, quę in suum sensum detor-
quēt: verba defensantes: rationē verborū nō
considerantes, Ius quoque interpretandi scri-
pturas, ac potestātē, sibi solis liberā esse volūt
Et multa scripturis cōsonare clamitāt: q̄ non
magis ē scripturis elici possūt q̄ aqua ē pumice
Sibi tamē interim mirē placēt tollūtq; cristas.

Et

QVOMODO AGNOSCETVR

Et suorum argumentorum vim putant esse,
vel Iosue Clipeo impatibilem.

*Quomodo agnoscetur verus & germanus
scripturae intellectus. CAP. XX.*

2. Pet. 3.

PHILOMATHES Petrus dicit quod
in epistolis diui Pauli sint quaedam diffi-
cilia intellectu, quae indocti & instabiles
deprauant sicut & caeteras scripturas, ad suam
ipforum perditionem. Et eo elogio nos no-
tare contendis. Nos verò ediuerso dicimus
vos scripturam contorquere in vestram sente-
tiam. Vbi ergo venabimur verum ac germa-
num scripturae intellectum?

ORTHODOXVS Pro me respondeat ti-
bi Augustinus de doctrina Christiana libro
tertio cap. 26. Obscura inquit loca scripturae
locis apertioribus explicantur. Et vnus locus
alteri conferri debet, vt post multos labores
post vigilias multas & orationes, verus sen-
sus inueniatur spiritu sancto donante. Neque
verò cessat Christus suam illustrare ecclesiam
qui etiam rudibus apostolis sensum aperuit,
vt intelligerent scripturas, hinc sponsam su-
am ecclesiam varijs adornauit officijs, stati-
bus ac munijs. Dedit enim teste Paulo, Quos-
dam apostolos, quosdam autem prophetas,
alios verò euangelistas, alios autem pastores,

Lu. 24.

Eph. 4.

& doctores ad consummationem sanctorum,
in opus ministerij: in ædificationem corpo-
 ris Christi. Et iterum Corinthijs scribit. Vni ^{1. Cor. 2.}
 cuique datur manifestatio spiritus ad utilita-
 tem (videlicet ecclesiæ) alij quidem datur
 per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ
 alij fides, alij operatio virtutum, alij pro-
 phetia, alij discretio spirituum, alij genera lin-
 guarum, alij interpretatio sermonum, hæc om-
nia operatur vnus atq; idē spiritus: diuidens
singulis prout vult. Itaq; ad sacros doctores
 diuinę scripturę assiduos scrutatores, & veros
 interpretes, recurrendum est. Nam teste Pe-
 tro Apostolo, Spiritu sancto inspirati locuti ^{2. Pet. 1.}
 sunt sancti Dei homines.

Si ambiguitas ex his tolli nequeat: tunc ec-
 clesia est consulenda, Non enim minus colla-
 tum est authoritatis ecclesię quàm synagoge:
 aut minus ei prouidit Christus. Ait enim Dñs
 Iudæis. Si difficile & ambiguum apud te iudici ^{Dent. 17.}
 um esse prospexeris, & iudicium intra portas tu-
 as videris verba variari, Surge & ascende ad
 locum quem elegerit dominus Deus tuus, ve-
 niesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iu-
 dicem qui fuerit illo tempore, queresq; ab e-
 is: qui iudicabunt tibi iudicij veritatem. Et
facies quodcunque dixerint, qui præfunt lo-
co quem elegerit Dominus: sequerisq; sen-
 tentiam

QUOMODO AGNOSCETVR

tentiam eorum. Nec declinabis ad dexteram
neq; ad sinistram. Qui autem superbierit no-
lens obedire sacerdotis imperio, qui eo tem-
pore ministrat domino Deo tuo : ex decre-
to iudicis, Morietur homo ille. Pensare libeat
verba. Quis locus quem iam elegit dominus,
Nonne Roma? Quis superior iudex, nonne
Papa? Itaque eius acquiesces iudicio. Si quis
hoc recusat subditur iusta pœna, morietur ho-
mo ille. Quod autem dominus suam nō de-
ferat ecclesiam sed ei assistat, indicat ipse di-
cens, Ecce ego vobiscū sum vsque ad cōsum-
mationem sęculi, dirigens, instruens, & saluans
ecclesiā, sponsam suam. Et iterum. Si duo ex
vobis consenserint super terram, de omni re
quācūque petierint, fiet illis à patre meo qui
in cœlis est. Et rursus. Cū venerit ille spiri-
tus veritatis docebit vos omnē veritatem. Et
Iacobus ait. Si quis indiget sapiētia postulet e-
am à Deo & dabitur illi. Si hoc permittitur
alicui personæ, Quid negabit Christus suæ ec-
clesiæ? Dixit aliquando sub lege Malachi-
as propheta. Labia sacerdotis custodiunt sci-
entiam, Et legem requirent ex ore eius, ange-
lus enim domini exercituū est, audi verò quid
tribuat ecclesiæ Paulus. Scias (inquit discipu-
lo suo Timotheo) quomodo oporteat te in
domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei vi-
ui:

dm 2
8
Mattb. 28.

Mattb. 18.
ioan. 16.

s. Timo. 3.

SCRIPTURAE INTELLC. 48

ui: columna & firmamentum veritatis. Ecce mi Philomathes non hunc aut illum quantumlibet eruditum vel eloquentē: sed ecclesiam vocat Paulus columnā ac basim veritatis. PHILOMATHES Ecclesia maximè relucet in concilijs œcumenicis: & ea aliquando errasse dicit Lutherus.

ORTHODOXVS Particularia aliquando errasse non inficior, Nam conciliū Africanum cui interfuit diuus Cyprianus errauit, statuens ab hæreticis baptizatos etiam in forma ecclesiæ baptizandos. In hoc hallucinati hi sunt estimātes spiritū sanctū ab hæreticis nō posse dari: cū eum non habeant. Romanus verò Pontifex eorum sententiam correxit. Nam sacramenta efficaciam suam non habent à ministro: Sed ex Christi institutione & merito passionis Christi, operante in sacramētis. Generalia verò cōcilia in facto aliquo decipi potuere. Et pro temporum, locorū, personarūque varietate, diuersa aliquando statuere. Absit autem vt in his quæ fidei sunt aliquādo aberrauerint, cū assistat eis Christus qui est ipsa veritas. Neque est quur miremur Lutherum, erroris calumniosè damnare concilia generalia. Qui non veretur asseuerare primum illud & apostolicum concilium, à lapsu non fuisse purū, quod censuit legē
&

QVOMODO AGNOSCE TVR

& opera necessaria ad iustitiam, & salutem, vt
suprà tetigimus. Hoc habet Lutherus pro do-
ctrinæ suæ scopo, vt omnes dicat errare sibi
contraria sentientes. Nam sibi arrogat quòd
sua doctrina sit Christi euangelium: quod ta-
men frequentissimè ex diametro repugnat.

2. Reg. 7.

PHILOMATHES Cyprianum tu ipse er-
rasse confiteris, Nathan hallucinatum non dif-
fiteris, dum consuleret Dauid domum ædifi-
care Domino, Spiritum quoque annuis men-
daces fuisse in ore prophetarum Baal, vt de-
ciperet Achab regem, velim igitur à te disce-
re quo pacto mihi exploratū esse poterit, qui
sacræ scripturæ veri interpretes, & vbi veri-
tatem dixerint.

3. Reg. 22.

ORTHODOXVS Respondebit tibi Ioan-
nes Rossen vir apprimè eruditus, veritate se-
ptima cōtra Bucerū differens, Sancti inquit,
etsi aliquando errauerunt, non tamè in om-
nibus. Id autem discernetur mutua scriptura-
rum, vel cæterorum interpretum, vel aposto-
licarum traditionum, vel generalium concili-
orum, vel ecclesiæ catholicæ cōsuetudinum,
vel demum omnium horum infinimul facta
collatione. Nam hæc ita se fulciunt, vt quic-
quid ab aliquo scriptum fuerit interprete, mo-
dò vigilanter hæc omnia sibi conferamus, fa-
cillimè deprehēdi poterit: verū an falsum fue-
rat,

rat,

rat, vt nihil oporteat propter alios in eis re-
 tos errores cætera contemnere. Quæ alioqui
 verè catholiceque tradiderunt. Animaduer-
 te ex his quàm facile hallucinari, & errare pos-
 sunt, qui textui hærentes sese magistros esti-
mant, Et quàm laboriosum sit, verū assequi
scripturæ intellectum.

*Si Papa valeat aliquid statuere à Christiano
 obseruandum. CAP. XXI.*

PHILOMATHES Quoniam confides
 pro te libenter mihi operam dare in adi-
 mendis meis scrupulis: statui quoque te
 percontari, si præter scripturæ interpre-
 tationem aliquid adimat Lutherus, potesta-
 ti Romani Pontificis.

ORTHOXVS Immo permulta. Odio
 non sat est læsisse æmulum, nisi exterminet: si
 nō desit facultas. Quia nanq; nō sinebat scele-
 stum apostatam ex sententia agere ac omnia
 inuertere pro libito summus pastor, sed ob
 pertinacem hæresim anathemate eum ferijt:
tanto animi liuore exarsit in Ro. Pōtificem,
vt omnes nocendi vires colligeret, nihilq; re-
linqueret intentatum quo illi apud omnes a-
trocem inuidiam conflaret. Hoc vel illa sola
 quæ ad Sicarium Desdre eructa verba, satis
 loquuntur & indicant. Sic volo (inquit) vt
 H deinceps

SI PAPA VALEAT

deinceps dicatur de me quòd plenus sum maledicentiæ, criminationis, & execrationis in papistas. Nec vllum verbum bonum amplius ex me audient.

O virulenti pectoris verba. Hoc cine est esse virum euangelica mansuetudine praeditum? In epistola verò theutonica, quam admonitionem fidelem ad omnes Christianos vocat, nihilo modestiorem, Inspice autem facta mea. Nonne ego Papæ, episcopis, presbyteris, & monachis, solo ore absque ictu gladij, plus ademi, quàm hactenus omnes Imperatores reges & principes? Et si ne nos ista duos adhuc annos agitare, tunc videbis vbi Papa, episcopus, cardinalis, presbyter, monachus aut monialis, campana, turris, missa, vigiliæ, cuculla, cappara, rasura, regula, statuta, & totum examen ac congeries papalis regiminis maneat. Tanquàm fumus profectò euanesceat. Ecce pseudo-propheta periit: Et regnum ecclesiæ gratia Dei consistit.

In captiuitate sua Babilonica scribit, neque Papam neque vllum hominem habere ius vnus syllabæ constituendæ super Christianum hominem: nisi id fiat eiusdem consensu. Hoc enim esset, hominum seruos fieri

& tyrannicis eorum legibus subijci, Christianis nihil vlllo iure imponi potest legum: nisi quantum volunt, Cùm sint liberi ab omnibus. Præterea in epistola quam inscripsit, Fidelem admonitionem ad Christianos sic ait. Doce, loquere, scribe, & prædica, quomodo leges humanæ nihil sunt.

Hic vide mi Philomathes quàm sit hæc tumultuosa & seditionis plena doctrina: & scripturis contraria. Ait enim Paulus, Omnis anima potestatibus sublimioribus sub- Rom. 13.
dita sit. Non enim est potestas nisi à Deo. Quæ enim à Deo sunt: ordinata sunt. Ita-
que qui resistit potestati Dei ordinationi re-
sistit. Qui autem resistunt: ipsi sibi dam-
nationem acquirunt. Et subdit, ideoque ne-
cessitati subditi estote, non solum propter
iram: sed etiam propter conscientiam. Et 1. Pet. 2.
Petrus, Serui subditi estote in omni timore Ephes. 6.
dominis, non tantum bonis & modestis:
sed etiam discolis. Vt autem Christianos ab
 obedientia ecclesiæ subtraheret, ait in libello
 quem appellavit, glossam in præensum edi-
 ctum imperiale Augustanum. Ecclesiæ ne-
que credendum est neque obediendum: si
præter aut extra verbum Christi loquatur,
aut instituat aliquid, rectè dixisset, si contra
Christi verbum, Nam Apostoli non contra,

SI PAPA VALEAT

Act. 15. sed præter Christi verbum decreuere, vt gen-
2. Cor. 7. tes ad fidem Christi conuersæ, abstinere à
 contaminationibus simulacrorum, & fornicatione,
 & suffocatis, & sanguine. Et Paulus ait
 Corinthijs. Dico ego nõ dominus. Si quis frater
 vxorem habet infidelem, & hæc consentit
 habitare cum illo: non dimittat illam. Et si
 qua mulier habet virum infidelem, & consentit
 habitare cum illa non dimittat virum.
 Quæ scriptura horum meminit? Habetur
 præterea Act. 15. Quòd Paulus perambulabat
 Syriam & Ciliciam confirmans ecclesias,
 præcipiens custodire præcepta apostolorum &
 seniorum. Et capite sequenti dicitur. Cùm
 Paulus & Silas pertransirent ciuitates, trade-
 bant eis custodire dogmata quæ erant decreta
 ab apostolis, & senioribus, qui erant Hiero-
 solymis. Verùm in eiusmodi decretis statuen-
 dis, variãdis ac in vniuersum tollendis habenda
 est ratio temporis, loci seu personarum.
 Hinc nobis licet vesci sanguine quod Iudæis,
 ac in primitiua ecclesia non erat admissum
 christianis. Immolata idolis vetita fuere aliquan-
2. Cor. 10. do: & Paulus concedit ea edere sine scandalolo
 tamen. Dominus quoq; apostolis ad prædicationem
Math. 10. missis vsu virgæ, peræ, pecuniæ
Luc. 9. & cæ. interdixit. postea in cœna mutauit
Luc. 22. cedens peram, facculum, & cæ. Romanus itaque

que Pontifex ac alij ecclesiæ prælati, eadē iam functi autoritate & apostolorū, successores valent quædam instituire aut abrogare iterum, vti ratio loci, temporis, seu personarum expostulat. Hoc cū non placeat Luthero, Pape, episcopis, concilijs, immo & ipsis regibus adimit, & sibi vni ius ferendarum legum arrogat. Sileant itaque Pontificum & conciliorum canones, Licurgi atque Solonis leges, valeant Iustiniani pandectę. Lutherus solus regnet & triumphet vbiq;, qui leges suas ab omnibus obseruandas decimo eduxit olympo. Edidit quippe libros legum suarum nedum in ecclesiasticis, verū & in ciuilibus. Primum de formula baptizandi: alterum de institutione cultus diuini. Tertium de communi fisco. Et ne aliqua ex parte deesset strenuus & vigilantissimus legislator, aliquot canones docendi concionandiq; tradidit tam exactè & limatè elaboratos, vt propter suorum concionatorum discordiam necessum fuerit illi alteram docendi methodū excogitare: cui cathecismi titulum dedit.

Tradidit etiam vsum fidemq; duorum sacramentorum, baptismi videlicet & eucharistiæ nouo modo. Nec plura tunc sacramenta agnoscere voluit.

Præterea aliam tulit legem suis mirè ap-

H iij

plausi-

SI PAPA VALEAT

plausibilem, vt si mulier à viro foecundari ne-
queat ad alium se conferat vt foecundetur. Et
vir foetum illum alere tenebitur. Et econtra
vir itidem faciat. Inuenisti iam legislatorem
maiores licurgo, Iustiniano, imo & Moy-
se parem Christo. Eius enim est interpre-
tari legem, cuius est condere. Christus le-
gem tulit, mulierem à viro non discedere ni-
si fornicationis causa. Lutherus autem con-
cedit mulierem à viro discedere prolis causa.

Matth. 5.

Tantum autem roboris vult sua habere sta-
tuta, vt saluari non possit quisquis doctrinam
suam non seruauerit. Et confestim sathanae
tradit, quotquot illius sententiae subscribere
recusant, Testes sunt Tigurini.

Quantum facinus estimet, sibi non obtem-
perare, audire libeat. Cùm è Pathmo sua re-
uersus Vvittenbergam accepisset fratres suos
Augustinianos diuorum imagines templis, &
facellis exturbasse, missas priuatas abrogasse,
primò factum collaudauit, deinde reprehendit,
non quod malū egerant, sed quòd se actore
ac consultore id non egissent. Sic & alias
quasdam temeritates suorum tum barbaricas
tum sceleratas & impias, quas ipso absente se-
cundum doctrinam eius in factum deduxe-
rant reprobauit. Quales erant abolitio sa-
cramentorum, attrectatio corporis Christi

in

QVANTO ODIO LVTHE. 52

in sacramento prophanis manibus, &c. Nam omnia hæc etsi libera esse volebat, & stultis Papæ legibus ascribebat, Attamē quia attentata fuerant eo absente & non iubente reprehendit. Quid verò istud est aliud quàm omnibus neglectis sibi vni omnium vindicare obsequium atque obedientiam?

Quanto odio Lutherus in clerum exarsit. CAP. XX.

PHILOMATHES Alios etsi læserit Lutherus, monachis ipse monachus percipit credo,

ORTHODOXVS Vix in aliquos fuit magis iniurius, Neq; hoc mirum cuiquam videri debet, hoc nempe pacto apostasiam suam à monachatu commendatiorem reddere putabat. Quilibet enim iustificare se volens persequitur quod iniquè deseruit. Sic fides Christiana crudeliorem non habuit hostem quàm Iulianum apostatam, Et Iuliani apostatæ spiritus, in Lutherum apostatam videtur commigrasse. Placet audire quanta reuerentia tractauerit clerum? duos libellos edidit, alterum latinum, alterum theutonicum & virulentiorē, ambos plenos calumnijs & criminationibus in Papam, in

H iij Impes

QVANTO ODIO LVTHE.

Imperatorem, in regem Anglię. Ac inter cętera dicit, Compertum est papatum, episcopatus, collegia, monasteria, academias simul cū omni sacerdotio, monachatu, monialatu, missis cultibusque Dei meras esse sectas damnatas diaboli. Sed & in libro quem reformationem intitulauit, vt omnium mentes à Rompontifice & ab eius curia & iurisdictione alienaret. Ipsumque Cęsarem adhuc iuuenem ad clerum persequendum animaret, satagebat probare Cęsaris gladium non modo in laicos, sed etiam in clericos liberam habere potestatem. Differentiam quoque inter clericos & laicos, non nisi fictitiam esse præterquam in officio. Cū per baptismum omnes consecrentur in sacerdotes, adeo vt vnusquisque baptizatus possit iactare se iā presbyterum, episcopum, & papam, licet non cuiuslibet conueniat eiusmodi officium exercere.

PHILOMATHES Non malè conuenit in hoc Lutherus cum Ioanne Hus.

ORTHODOXVS Non tam ouum ouo simile. Verū Lutherus vt rectè notat Cocleus multo est Ioanne Hus & atrocior & impudentior, ac plus veneni vnico sermone quā hic totis decem sermonibus euomuit. Opinatus est enim Ioannes Hus omnē hominem sanctum esse sacerdotem, sed non omnem sacerdotem

cerdotem sanctum. Cumque obijceretur ei, ergo anus vetula sacerdos est, modò rectè uiuat. Respond. Nequaquam. Non enim ad hoc consecrata est, Lutherus ridiculum nugamentum afferit ordines, consecrationes, sacerdotes benedictiones, & ideo atrocior: ¶ Horrendum est quod subiungam, Cum omnia ecclesie sacra nihili faciat ipse apostata excommunicatus, hæreticus, eo insanie progressus est, vt nullo apostolorum aut maiorum exemplo fulcitus, nõ episcopus electus, aut vnctus. nouo ritu à se friuolè excogitato, duos sacerdotes Slesbij creauerit, neq; missam celebrans, neque cum alijs communicans. Quorum vnus Ioanes Agricola fuit, qui finxit historiam Ioannis Hus, alter Laicus cui pastorale officium commissum est vratistauie in præcipua Slesie ciuitate. Fuit & alius Laicus textor extra ciuitatem Lypsiam, qui cõmunicabat populum sub vtraque specie, & prædicabat sectam Lutheri.

Vt tibi infelix Luthere qui pro tuo arbitratu apostolorum & ecclesie decreta explodere contendis antiquissima. Et tua tanti esse pöderis existimas, vt vel ipsius Christi sanctiones tuis cedere debeant nugamentis. Cùm nihil sit Christo sacrisque literis magis aduersum.

H v P H I-

QVANTO ODIO LVTHE.

1. Pet. 2.

PHILOMATHES Lutheri sacerdotiū ful-
 citur testimonio Diui Petri, dicētis: Vos estis
 genus electum, regale sacerdotiū gens sancta.
 ORTHODOXVS More suo torquet Lu-
 therus hanc scripturam, Petrus enim de sacera-
 dotio spirituali loquitur, Lutherus ad sacer-
 dotium nouæ legis, quod Christus in ecena
 instituit, refert. Christianus sacerdos est qua-
 lis & rex, nempe spiritualis, non vt regiū dia-
 dema carne gerat, sed vt semetipsum bene re-
 gat. Qualem regem nobis Seneca in Trage-
 dia depingit. Versus quia admodū terri atq;
 elegantes sunt ascribo: Regem non faciunt
opes, Non vestis tyriæ color, Non frontis nota
regiæ, Non auro nitidæ trabes, Rex est qui
posuit metus, Et diri mala pectoris. Rex est
qui metuit nihil, Occurritq; suo libens fato,
Nec queritur mori, Hoc regnū sibi qsq; dat.
 Iustus pariformiter quisquis ille sit, spi-
 ritualis est sacerdos, exhibens ac deuouens se
 sanctam Deo suo hostiā & viuentē. Quod ve-
 rò de spirituali sacerdotio loquatur Petrus
 vel ex prioribus verbis collige, Accedentes,
 inquit, ad lapidē viuū ab hominibus quidem
 reprobatū, à Deo autē electū & honorificatū.
 Et ipsi tanq; lapides viui superedificamini do-
 mus spiritualis, sacerdotiū sanctū, offerētes spi-
 rituales hostias. Ecce quales hostias spirituales

hic

hic spiritulis sacerdos offerre debet. Præterea nostrū iudaico sacerdotio nō cedit, præsertim cū illi vitulorū ouiūq; carnes immolarint, nostri verò sacerdotes virgineū Christi corpus (utinā semper puris manibus) tractēt. Nec te fugit quo pacto viuos Chore, & Dathan, & Abyron tellus sub pedib⁹ dehiscēs absorbuit, quia sacerdotiū, à Dño nō vocati ambierūt. Nō igitur Christianū quēuis ad hoc munus capessendū credimus idoneū, sed eum q̄ ad hoc cōsecratus est. Quòd autē Lutherus nostras vnctiōnes rideat nihil miror, facit hoc vt Hereticus Ecclesiæ hostis, sine scripturæ testimonio, nolens reminisci quomodo Sacerdotes legales, Prophetæ, & Reges vngebantur.

PHILOM. Sed iam tēpus est, vt q̄bus præconiis aut titulis monachatū cōmēdet edisseras.

ORTH. Nihil fecero libētius, ac primo loco quid in epistola, quā vocat Fidelē admonitiōnē scribat, ostendā. Doce, inquit, loquere, scribe, & prædica, quomodo leges humanæ nihil sunt: prohibe, & dissuade, ne quis fiat sacerdos, monachus, aut monialis, & quisquis in eo statu sit, vt exeat. In libello autē quē Paruū respōsum noiat, vocat oēs monachos p̄fidos, abnegatos, apostaticosq; Christianos, blasphematores, ac nouos crucifixores redēptoris sui Iesu Christi, criminatores quoq; eius passionis & sanguis.

QUANTO ODIO LVTHE.

sanguinis. Ideoq; ibi suadet populo, vt assue-
scat per monachum nihil aliud intelligere,
quàm abnegatum christianum, apostatam à
fide Christi, cōfœderatū diabolo magū & c.

Si in monachos instituti sui transgressores
Luthere acuisse stilū, obstreperet vel repre-
henderet nemo. Sed quòd vitam ipsam mo-
nasticam tam liuido dente premis, quis equo
animo feret? Atqui illam non aspernati sunt
Anthonius, Paulus, Hylarion, Martinus, Gre-
gorius, Hieronymus, Bernardus, ac mille alij
vita & sciētia clarissimi, quorum vestigia ne-
que osculari quidem dignus es. Aperi tan-
dem soporatos oculos, excute inbibitum alta
mente veterum, diligenter expende, vtra
magis euangelio Christiq; præceptis sit affi-
nior, tua ne vita an illorū? Qui Christi sunt
ait Paulus, carnem suam crucifixerūt cum vit-
tijs & concupiscentijs. Hoc probi monachi
mun^o est. Tu verò omniginę voluptatis habe-
nas laxare cōsuesti, abstinentiam ridere, opera
nihilifacere quantumuis bona. Deinde quic-
quid in Germania turbationū, calamitatum
seditionum, bellorumūe emerfit, tuū Luthe-
re crimen est, qui fax & incēsor omniū horū
es malorum. Itaq; vita tua, & institutum tuū
in crimine est, non monachus reprobādus,
Quantum

Gal. 5.

Quantum Lutherus academijs detu-
lerit. CAP. XXIII.

PHILOMATHES Non prorsus extra
controversiam est, quod pro confesso
ac indubitato habere soles, Lutherum
videlicet omnium censorem agere, nullius ve-
rò censuram sustinere velle. Nam academijs
Parisiensi, Coloniensi, Louaniensi, Basiliensi,
Ephordiensi ubique assurgit, earumque cen-
suris se submitit.

ORTHODOXVS Quantum illis tribue-
rit viderint alij, mihi certè (vt verum fatear)
non fit verisimile illum loqui ex animo, si
quando de his academijs splendidè prædica-
uerit, si se earū censuris subiecerit in suis con-
troversijs. Submitit quidem sese simulato ta-
men ore, quo se aliquando Roma. pontifici &
patrum decretis subiecerat, Sperabat enim
Colonienses, Louaniensesque doctores sibi
patrocinaturos (si nō ob aliud) saltem quòd
secū Germani essent sicut basilienses & Ephor-
dientes. Neq; diffidebat de Parisiensibus quos
offensos summo pontifici existimabat. Quod
ne quis de meo capite effictū clamitet, Tan-
ta erat eo tempore Vormaciæ apud non-
nullos de parisensibus fiducia, quòd clami-
rent in triuijs. 38. articulos Lutheri per diplo-
ma Ro-

ma Ro-

QVANTVM LVTHERVVS

ma Romani pontificis damnatos, à Parisiensibus approbatos, duos duntaxat sub iudice & in ambiguo esse. Quem rumore falso esse monstravit, Parisiensium mox subsequuta sententia longè alia quàm sperauerant, fidei nostræ hostes Lutherani. Sollicitus (inquiunt iuramento astricti) per nos examinata ac maturiùs vniuersa doctrina Lutheriano ascripta nomini, & ad plenum discussa, execrandis illam erroribus scatere certò deprehendimus & iudicauimus, fidem potissimum cõtingentibus & mores. Quòdque simplicis populi seductiua sit, omnibus doctoribus iniuria, potestati ecclesiæ, & ordini Hierarchico impiè derogatiua, apertè scismatica, sacræ scripturæ aduersa, & eius deprauatiua, atque in spiritum sanctum blasphemata. Et ideo veluti reipublicæ Christianæ perniciosam, censemus omnino exterminandam, ac palam vltricibus flammis committendam. Authorem verò ad publicam abiurationem modis omnibus iuridicis compellendum. Huic non admodum dissimilem Louanienses & Colonienses ædiderunt censuram. Quod vt Lutherus sui que complices rescuerunt, censurarum impatientes, mox acerbissimas parauerunt inuectiuas. Philippus Melanthon Lutheri propugna-

tor præcipuus, confestim apologiam emisit,
bene dentatam, cui titulum fecit aduersus fu-
 riosum Parisiensium theologastrorum decre-
 tum. Ex ipso titulo facile coniecturam ce-
 peris, cuius farinae sit ipse libellus, ac quot &
 quantis calumnijs sit refertus. Vt verò sum-
 matim quædam constringam, Theologos ibi
sophistas, Christianos doctores, calūniatores
appellat, ac per eos obscuratum euangelium,
fidem extinctam, receptam operum doctri-
nam, ac per eos receptā scholasticā doctrinam
vt idolis repleretur terra. Hic Luthero nimis
 leuiter egisse visus est, quapropter suū iudiciū
 his addidit, academia inquit Pari. in parte su-
prema quę facultas theologię nuncupatur, est
à vertice vsq; ad plantā mera, & vt nix alba le-
pra verę nouissimę antichristianęq; & capita-
lis hæreseos, mater omniū errorū in christia-
nitate, maxima meretrix spiritualis, quā
solvnquam vidit, & vera postica inferni.

Sed cur obsecro hanc academiā tam mor-
 dicus incessis? An excidit tibi præclarum
illud quod ante pronunciaſti encomium. Lu-
tetiam videlicet esse studiorum omnium
parentem, & ab antiquo christianissimam,
perpetuò sibi constantem? Pro iusta censura
reddis calūnias? hoc non docuit mansuetudo
Christi. Et Paulus iussit etiam malum in
 bono

QVANTVM LVTHERVVS

bono vincere. Tu autem putas pro cumula-
tis iniurijs, pro scommatibus numerosis, pro
inuectiuis calumniosis tibi palmam dandam,
dum muliercularum more, multa incondita
deblateraueris ac simul conuolueris,
PHILOMATHES Nulla scripturę autho-
ritate fulti, Parisienses, damnauere Lutheri
doctrinam.

ORTHODOXVS Vetus obtinuit consue-
tudo conciliorum, vt articulis (qui in quęstio-
ne essent) quàm diligentissimè discussis, ac
saerę scripturę collatis cõmuni consensu de-
cerneretur quid foret credendum aut ample-
xandum. Deinde symbolum credendorum
euulgaretur. Hoc actitatum est in synodo Ni-
cena, vbi contra Arrij vesaniam obuiam itum
est. In constantinopolitana, vbi Eunomius &
Macedonius damnati sunt. In Ephesina in
qua Nestorij impietas conuulsa. In Calcedo-
nensi Euticetis & Dioscori pernities extirpa-
ta est. Sic fecere & alia cõcilia, & ipsos Here-
siarchas ad errorum suorum palinodiam in-
uitauerūt. Hoc Rom. pontifex, hoc parisiēses,
hoc Louaniēses, hoc alij imitantes, obseruare
voluerunt. At Lutherus & scripturis & ratio-
nibus longè inferior, ad inuectiuis & calum-
nias (solita nimirum hæreticorū arma) descen-
dit: & Ioannē Roffensem Episc. cantabrigiē.
Ioan.

Ioannem Cocleum, Iacobum Lathomū viros
per omnia doctissimos cōuitijs laceffens, quia
eius doctrinam erroribus scater, scripturis &
rationibus docuerunt.

Ediderunt Louanienfes. 32. articulos, reli-
gionis nostrę summam breuissimis verbis cō-
prehendentes, quas Carolus quintus impera-
tor noster inuictissimus voluit per Germa-
niã suam inferiorem populo declarari. Quæ
res ita exulcerauit Lutheri animum, vt expri-
mere difficillimum sit. Sicq; in Louaniẽ de-
bacchatus est inter cætera. Septem esse sacra-
menta sine verbo asseritur ab hereticis & ido-
lolaris Louanensibus, doctrina synagogæ
Louanensiu de baptisate, est damnanda vt
hæretica. Explodenda item est & abominan-
da doctrina nostrorum Louanensium in
vsu eucharistię, cū sit prophanationis hære-
sis, idololatriarum plenissima. Consideret
velim christianus omnis q̄ mansueto spiritu
sit imbutus Lutherus, quantis scripturæ locis
referta sint sua dicta, qui præter euangeli-
um nihil asserit se euomere. Qui verò pro-
pius nosse cupiat quibus rationibus & scri-
pturis adducti, summus pontifex atque aca-
demię Parisien. & Louanien. huius apostatæ
Lutheri damnauere articulos, legat R. domi-
num Ioãnem Rossensem episcopum Canta-
I brigiẽ

QVANTVM LVTHERVVS

brigienſem, Anglum, Iudocũ Clichtoueuum Parisienſem, Iacobum Lathomum Louaniẽſem, noſtra non diſplicit, libellum quem ob ſui breuitatẽ Compendiũ concertationis nuncupauit, adire poterit: & exploratũ ei erit quomodo ſacræ ſcripturæ, & vetuſtiſſimis doctoribus patrum, & ſacrorum conciliorum decretis, ex diametro repugnet, quas ſopita hærefes reſuscitet, atque cum quibus hæreticis Lutherus concinat.

PHILOMATHES Quietis amantior ſemper fuit Lutherus. Quum verò tot hoſtium iaculis vndiquẽ impetatur, quid vetat eum referire?

ORTHODOXVS Quid ni impeteretur communis & pernicioſus fidei noſtræ catholicæ hoſtis? Quid ni repelleretur gregis dominici voraciſſimus lupus? An paſtoris boni erat hic diſſimulare, & non potius ab ouium cede cruẽtam propulſare beluam? Quis obſecro Chriſtianus niſi impiiſſimus tot mortalium animas impunè maẽtari patientibus oculis conſpiciet? aut hærefibus & noxiis erroribus infici ſuſtinebit? Neq; admiratione dignũ eſt, quòd multos in ſuum pellexerit fauorem, qui niſi blandiſſima quæque atque acceptiſſima vulgo inerti obtrudere conatus eſt, inanem gloriam vndiquẽ aucupans. Cuius

ACADEMIIS DETVLERIT 38

ius vsque adeo mancipium erat, vt neminem priorem vel parem sustineret: nam Andream Carolstadium multis sibi nominibus antea charissimum, vt re exequutus est quæ Lutherus docuerat, & maiorem iam Luthero haberet populi applausum, ad interitum vsq; persecutus est. Qui tandem ex Doctore Theologo & Archidiacono Vvittéberg miser agricola factus, præ inopia coactus est arare, eius artis ignarus: Nactus deinde fauore populi & libertate scribendi, apertè reprehendit Lutherum, nõ modo de missa & de imaginibus, verum etiam de sacramento Eucharistiæ. Ac is tandem miseram vitam cum vxore sua nobili ducens, aliis factus est commiserationi, aliis risui. Intelligat ex his prudens Lector quàm inter se dissideant hæretici, & quàm exitiali odio se inuicem prosequantur, si vnus alium in aliquo excedat, vel contradicat.

Quàm fuerit iniurius in Principes Lutherus. CAP. XXIII.

PHILOMATHES Principes nõ traduxit Lutherus (credo) memor verbi Petri, Subiecti estote õni humanæ creature propter dominum, siue Regi, quasi precelenti, siue ducibus tanq̃ ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudẽ verò bonorum. Et infra,

I ij

Omnes

QVAM FVERIT INIVRIVS

Omnes honorate, fraternitatē diligite, Deum timete, regem honorificate.

ORTHODOXVS Putas ne aliquod vitæ genus intactū Lutherus reliq̄rit, qui neq; summo pōtifici, neq; monachis, aut clericis, neque academijs q̄ libet celebribus, pepercerit? Primo omniū Carolus quint⁹ Imperator dignus ei visus est in quē calamū exacueret, grauiiter ferens quòd ille ex Hispania in Germaniā suā inferiorem reuersus, libros suos à Leone .10. damnatos, iusserit concremari. Quapropter pudore, dolore, ira, æstuans, dissimulans autem in tempus, statuit sese aliquando vindicare. Quum verò Cæsar, aliique principes ac status imperij, vnanimi consensu in Comitibus Augustanis decreuissent nihil immutandum aut innouandum, sed standum in antiqua fide ac religione patrum, vsque ad Concilij vniuersalis determinationem, quod tum præforibus credebatur. Arrepta hac ansa Lutherus duos theutonicos emisit libellos, quorum vni Glossam in prætensum edictum imperiale, alteri Admonitionem ad Germanos sibi dilectos titulum fecit, in vtroque diffamando atque criminando, non solum Papam & oēs ecclesiasticos Prælatos, verum etiam Cæsarem omnesq; Principes catholicos, quos vocat proditores ac sceleratos, nequam, mendacesq;

Cesq; nebulones, &c. Item in præfatione libelli quem ædidiit cõtra duo Imperialia decreta Vvormaciæ & Nurembergæ promulgata, ita scribit: Turpe est Cæsarem & Principes mendacijs vt, ac turpius est eos simul & semel contraria edere mandata, hos certè oportet ebrios esse ac vesanos Principes. Itane Luthere mendacij audes insimulare veracissimos Principes, ipse nugator mēdacissimus? quos tantum abesse puto ab ebrietate, quantum tu longè abes à sobrietate. Neque sibi cõtrariantur edicta, si sanè intelligantur.

PHILOMATHES Regem Angliæ semper ne veneratus est?

ORTHODOXVS Quum rex Angliæ euidētissimis rationibus multisque scripturis Lutheri errores, edito libello eneruasset, in illum quoque pluribus conuitijs armatus ferebatur. Sic enim ad ipsum Regem scripsit, tunc præ cæteris catholicum: Si solius Christi sumus, quis est iste stolidus Rex, qui suis mendacijs nos Papæ facere molitur? Nos non sumus Papæ, sed Papa noster est. Nostrum est non iudicari ab ipso, sed volumus ipsum iudicare, spiritualis enim à nemine iudicatur. Et ipse iudicat oēs. Hoc quia verū est, nostra sunt ònia vestra, etiā papa, quāto magis sordes istę & labe hominum thomistę Henrici & c.

QVAM FVERIT INIVRIVS

Ecce ampullosa verba plena iactantiæ, plena blasphemiarum. Ipse Lutherus delitijs & voluptatibus vacans sese spirituales vocat, alios abstemios & contemplatiuos, carnales cenfet.

Idem Lutherus ibidem. Si idolum romane abominationis propter Christum conculcaui, quod se in locum Dei statuerat, magistrumque regum & totius mundi fecerat, quis est iste Henricus novus thomista, discipulus duntaxat tam ignavi monstri, vt virulentas eius blasphemias honorem? Sit ipse defensor ecclesiæ, sed eius ecclesiæ quam tanto libro iactat & tuetur, nempe purpuratę meretricis & ebrię, & fornicationum matris. Ego & ecclesiam eius, & defensorem ipsum pro eodem ducens, vtrosque eodem impetu inuadam: & Christo duce confodiam, certus sum dogmata mea me habere de cœlo.

Volens deinde reconciliari ipsi regi supplicem scripsit epistolam, vereri inquit meritò debueram serenissime rex illustrissimeque princeps literis maiestatem tuam tentare, qui mihi conscius maximè sum grauissimè offendisse maiestatem tuam libello meo. Et infra Quare his literis prosterno me pedibus maiestatis tuę, quantum possum humillime. Et per Christi crucem oro & obsecro, ma
iestas

iestas tua dignetur veniam donare in quibus-
cumque maiestatem tuam læsi, deinde si ma-
iestati tuæ serenissime non videbitur contem-
nendum, alio libello publicè palinodiam ca-
nam, vt nomen maiestatis tuæ rursus hono-
rem. Sed constans rex sicut Lutheri conui-
tius non est turbatus, ita indignum duxit per
tam futilem præconijs collaudari. Vide
hic mi Philomathes euangelistę huius incon-
stantiam, Si certus est dogmata sua se habere
de cœlo, quare in hominis gratiam palino-
diã canere promittit? Sed re ipsa docet illum
se imitari, qui in veritate non stetit.

Ioan. 8.

PHILOMATHES Principes suos Germa-
nos Lenius ne tractauit?

ORTHODOXVS Vbi accepisset no-
uum suum testamentum à catholicis princi-
pibus contemptui haberi, adeo vt nec emi-
nec emptum legi posset, mox atrabili com-
motus, mordacissimum libellum ædidit de
potestate seculari: ac in principes inuectus
ita loquitur inter cætera. In Misnia, in
Bauaria, in Marchia, alijsque locis pro-
mulgauerunt tyranni edictum, vt noua te-
stamenta hincinde in præfecturas tradan-
tur. Hic subditi sic agant, non foliolum,
non literam vnā tradant, sub periculo

I iiij salutis

DE LIBERO

salutis suæ . Quisquis enim id fecerit, is tradit Christum Herodi in manus . Illi enim agunt velut Chrificidæ, sicut Herodes . Hoc autem ferre debent si iubeatur irruptionem in domos fieri, & vi tolli siue libros siue bona. Nisi Luthere non vino quod sæpenumero tamen, sed perpetua superbia ebrius fuisses Non tam arrogãter tam seditiosè scripsisses.

De libero arbitrio. CAP. XXV.

PHILOMATHES Nunc totus mihi displiceo qui hactenus Lutheri siliquas (posthabito Christi euangelio vero tritico & sagina animarum) tanti feci. O Luthere quàm multos dementasti tuo Pseudo euangelio, quod non in Christi schola, sed in magistri tui, idest diaboli officina accepisti. Ab veritas quàm à longe veluti per nebulas te cõspicio? Sed quid multa queror? pudet me tantæ leuitatis & dementiæ, licet sero .

ORTHODOXVS Nulla dum in humanis agimus sera est pœnitentia . Ecce inuitat te veritas vultu placido, en obuijs vlnis te expectat, vt doceat (si nescis) quòd Lutheri doctrina hominem faciat brutalem, virtutes eliminat : vitiorum fax sit & origo .

PHILOMATHES Nõ facile hoc psuasferis
ORTHODOXVS Immo facillimè, dicit enim

enim Lutherus teste Vvicelio, Omnia quæ
 fiunt siue bona siue mala, ex necessitate fieri
 Itē Deū operari in vnoquoq; & bonū & malū
 Et neminē scire vel bonū vel malū cogitare,
 sed vnūquēq; cogitare sicut cogitur. Quid nā
 q; istud est aliud, quàm adeo inopem asserere
 hominem, vt nec bruta quidem excellat? Per
 liberum enim arbitrium homo si quid vel ex-
 petendum vel contrā fugiendum offertur, li-
 berè vel sequitur vel respuit, qđ brutis negatū
 est. Canis enim conspecto lepore non valet
 illum non persequi, quod item in fele reperi-
 es conspecto mure. At homini arbitrium li-
 berum est ad vtrūlibet. Quod Dñs ad Cayn
 loquens insinuat, Subter te inquit erit appeti-
 tus tuus & tu dominaberis illius. *Gene 4.* Quòd si ho-
 mini nō ea esset volūtatis libertas, quò tot cō-
 minationes, quorsum tot p̄cepta, aut admoni-
 tiones, q̄ (neq; si velit) obseruare q̄at homo?
 PHILOMATHES Vehementer ambi-
 guum me reddit, quod diuus Paulus Roma-
 nis ait, Non est volentis neque currentis, sed *Rom. 9.*
 Dei miserētis. Idem ad eosdem, velle adiacet
 mihi, perficere autē bonū non inuenio. Non *Rom. 7.*
 enim quod volo bonum hoc facio, sed quod
 odi malū hoc ago. Idem ad Corinthios. Non *2. Cor. 3.*
 sumus sufficiētes cogitare aliqd à nobis, quasi
 ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est.

I v O R-

DE LIBERO

phili. 2. ORTHODOXVS Statuētes in homine li-
berum arbitrium, non excludimus Dei auxi-
lium aut gratiam. In omni enim opere ne-
cesse est vt adsit Dei concursus generalis siue
Isa. 26. diuinum auxiliū: secundum illud Apostoli, De-
us operatur in nobis velle & perficere. Et E-
saïas ait. Omnia opera nostra in nobis ope-
ratus es domine. Quo generali stante Dei cō-
cursu potest homo ex sese malū perficere, bo-
num verò virtutis non nisi Dei gratia singu-
lari opitulante, propter corruptam naturam:
Oze. 13. secundum illud Ozeæ. Perditio tua ex te (a-
lia translatio. Perdidiſti te Israel) tantummo-
do in me auxilium tuum. Et ad Romanos ait
Rom. 7. Paulus. Velle adiacet mihi, perficere autem
non inuenio, videlicet ex me: ideo scribit
Phili. 2. idem Paulus ad Philippenses. Deus qui cœ-
pit in vobis opus bonum, perficiet vsque in
diem Christi. Item Augustinus libro secundo
capite decimo octauo de peccatorum meri-
tis. Liberum inquit arbitrium huc atque il-
luc sic flectitur, vt malè vti malus possit, &
bene bonus. Sed non nisi ex Deo bonam
voluntatem habemus.

PHILOMATHES Si nihil boni aut in-
choare aut perficere nisi Dei singulari gratia
adiuti possumus, quid in homine est liberi ar-
bitrij? Liberum hoc censemus quod in no-
stra

stra est potestate .

ORTHODOXVS Hoc tibi persuasum esse velim, gratia Dei non destitui hominē christianū : Ipse enim dixit ait Apostolus Paulus Non te deseram, neq; derelinquam . Ita vt cōfidenter dicamus, dominus mihi adiutor est non timebo quid faciat mihi homo. Et in Apocalypsi Dominus, Ego sto ad ostiū & pulso *Apoc. 3.* Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi intrabo ad illum . Et Saluator plangens pigritiam Iudæorum dicit, Hierusalem Hierusalē quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Quotiens volui congregare filios tuos quemadmodum gallina cōgregat pullos sub alas & noluisti . Dicimus autem hominem liberi arbitrij, non quia omnia possit citra Dei gratiam pręuenientē aut concurrentem, sed quia oblatam Dei gratiam vel amplectitur liberè vel reijcit . Vocavi inquit Dominus & renuistis . Extendi manum meam & non fuit qui aspiceret . Et *Prov. 13.* Theophilactus super illo, Multi sunt vocati pauci verò electi ait . Dei est vocatio, electos autem fieri vel non, nostrum est . Hanc arbitrij libertatem apertissimè insinuat Iesus filius Sirach dicens, Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu cōsiliij sui. Adiecit mandata & præcepta sua. *Matth. 23.* *Matth. 22.* *Eccle. 15.*

Si vo-

DE LIBERO ARBITRIO.

Si volueris mandata seruare, conseruabunt te,
apposuit tibi aquam & ignem, ad quod vo-
lueris porrige manum tuam, ante hominē vi-
ta & mors, bonum & malum, quod placuerit
Dent. 30. ei dabitur illi. In Deuteronomio autem ait
Dominus per Moysen. Testes inuoco hodie
cælum & terram, quòd proposuerim vobis vi-
tam & mortem, benedictionem & maledicti-
onem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas. Ipse
Matth. 16. quoque Saluator sic inquit, Si quis vult post-
me venire, abneget semetipsum & tollat cru-
Matth. 19. cem suam & sequatur me. Et iterum. Si vis
ad vitam ingredi serua mandata. Et rursus.
Si vis perfectus esse, vade vende omnia qua
habet & da pauperibus, & veni sequere me.
Ex his accipe arbitrij libertatē apertissimè de-
claratam. Deus enim omniū conditor om-
nia secundum sibi inditam naturam guber-
nat, voluntatem quam liberè ei dedit mouet
vt liberè velit. Non autem necessitate cōpel-
lit, quemadmodum attestatur Chrysosto. ho-
milia de conuersione Pauli, Deus inquit no-
lentes non cogit, sed volētes trahit. Nam si ip-
se vult, nos autem nō volumus, ad nostram sa-
lutem nihil proficiunt ea, quæ alioqui effica-
cia sunt. Non quia infirma sit eius voluntas
sed quia cogere neminem vult. Et Hiero. cō-
tra Iouinia. lib. 2. cap. 32. liberi arbitrij in-
quit

DE FIDE IUSTIFICANTE. 6

quit nos condidit deus, nec ad virtutes, nec ad vitia necessitate trahimur, alioqui ubi necessitas est, nec damnatio neque corona est. Si enim necessitate adacti ad suos actus digni essent damnatione vel corona, quid prohiberet pecora damnanda vel coronanda? Ait autem Ambro. de vita beata. Nemo nostrum tenetur ad culpam, nisi voluntate propria se deflexerit, voluntarium militem sibi eligit Christus, voluntarium seruum sibi diabolus auktionatur. Et August. vasis irę nunquam Deus redderet interitum, si non spontaneum inueniretur homo habere peccatum.

27. q. 4. ca.
Nabuch.

De fide iustificante.

Cap. XXVI.

PHILOMATHES Contumeliam in-
uris Luthero, asserens doctrinam eius
esse virtutum eradicatoriam.

ORTHODOXVS Nihil diuersum à veritate assero, quandoquidem solam fidem iustificare & saluare autumat. Nam hoc si verum sit, sequitur alias virtutes superuacaneas esse. Et quod præter eam nulla virtus iustificat. Solam autem fidem iustificare asserit in secundo articulorum suorum, quos parauerat exhibere in concilio Vincentiæ indicto, quem & principalem existimauit. Item scribens cōtra
decre-

DE FIDE IUSTIFICANTE.

decretum Augustanum in qua conclusum erat nihil immutandum circa fidem aut religionem christianam, ante generalis concilij decisionē, sic ait. Dico ego doctor Martinus Lutherus, domini nostri Iesu Christi indignus euāgelista, quòd hunc articulum, sola fides absque omni opere iustificat coram Deo, firmum atque incōcussum permittere debet Romanus Imperator, Turcicus Imperator, & Tartaricus Imperator, Papa, Cardinales & omnes episcopi & sacerdotes, totus mundus simul cum omnibus demonijs. Et debent insuper habere ignem infernalem super capita sua, & nullā gratiarum actionem. Hic esto meus doctoris Lutheri instinctus à spiritu sancto, verumque & sanctum euangelium. Attende mi Philomathes si huiusmodi verba in Christi euangelio reperiās? præterea in Babilonico suo præludio asserit tam diuinitē esse Christianū hominē ut etiam si velit non possit perdere salutem, nisi nolit credere, Nec vlla peccata eum dānare queant, eo quòd per fidem in promissionē quæ baptizato facta sit, mox absorbeantur ac deleantur omnia peccata, modò credat aut cogitet se baptizatum esse. Rogabat eum familiariter amicorum quidam, cur in theutonico suo testamento assereret hominem iustificari sola fide, quum Paulus dicat, Arbitramur hominem

DE FIDE IUSTIFICANTE. 64

hominem iustificari per fidem, omisso ly. solá. Magno supercilio respódit, Si inquit papista tuus multa vult garrere de hac voce sola, Ei có festim dicit sic. Doctór Martinus Lutherus vult sic habere. Et dicit papistá & asinū rem esse vnā, Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Nolumus enim papistarū scholares esse aut discipuli, sed magistri & iudices. Attende arrogantiam Lutheri, qui Pauli textum proprio arbitrato non veretur temerare, addēdo ly. solam, Euangelio & Iacobi sententiæ audet contradicere. Dicit enim Iacobus. Vis scire ô homo inanis quoniam fides sine operibus ociosa est? Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius. Et ex operibus fides consummata est. Et infra. Vides quoniam ex operibus iustificatur homo & non ex fide tantum. Fide quoque fulti dicent quidam Deo, Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis (dicit Dominus) quia nunquam noui vos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatē. Credo te mecū scire mi Philomathes, quòd adulter, fur, aut raptor eo peccato non perdat fidem. Hi nunquid saluabuntur? dices

Iac. 2.

Matth. 7.

DE FIDE IUSTIFICANTE.

dices cum Apostolo quòd omnis fornicator aut immundus, aut auarus (quod est idolòrum seruitus) non habet hæreditatè in regno Christi & Dei. En quantam fenestram Lutherè aperis peccatis & sceleribus noua tua doctrina, dicens solam fidem iustificare & saluare.

Non autem imus inficias fidem iustificare, sed eam solam id efficere negamus, hoc vt notum faciam, geminam elicio ex scripturis iustificationem, vnam à peccatis secundum illud psalmi. Beati quorum remissæ sunt iniquitates &cæ. Sic Publicanus ille descendit in domum suam iustificatus ab illo Pharisæo. Et Paulus ait. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: alteram per iustitiæ incrementũ: de qua Ioan. in Apocalypsi. Qui iustus est iustificetur adhuc: Et sanctus sanctificetur adhuc. Et Paulus scribit Philippensibus. Et hoc oro vt charitas vestra magis ac magis abundet, At Lutherani (vt arguti sunt) vtrâque confundunt, fucum facientes catholicis, ne in aperto deprehendantur quod summopere metuunt. Nam illos deprehendisse superasse est, cùm arundineo nitatur fundamento. In impij iustificatione quatuor est inuenire, & non solam fidem vt garrit Lutherus. Motum liberi arbitrij in deum & in peccatum, remissionem culpæ & infusionem gratiæ. Motus

Luc. 18.

Apoc. 22.

DE FIDE IUSTIFICANTE. 65

tus liberi arbitrij in Deum est per fidem spem
& charitatem. Fides ob oculos ponit pecca-
tori, Dei bonitatem quam tantopere offen-
dit, & misericordiam qua peccatorē expectat,
redeuntem recipit, & facile condonat rogan-
ti quod admissum est criminis. Spes extimu-
lat animum peccata detestantem, vt veniam
efflagitet apud diuinam clementiam. Et mox
sequitur culpæ remissio, & gratiæ infusio, quæ
non est sine charitate, dicēte Salvatore, dimis-
sa sunt ei peccata multa. s. Magdalene, quoni-
am dilexit multum. *Luc. 7.* Fides namq; sine charita-
te Deo accepta non est, secundum illud Apo-
stoli. Si habuero omnem fidem, ita vt etiam
montes transferam, charitatem non habuero
nihil sum. Si enim fides quæ etiam miracula
operatur non placet Deo sine charitate, mi-
nus Deo grata erit fides inferior. Hæc lu-
ce clarius conspexeris in Publicani conuersi-
one, hic ex animo peccata sua detestans com-
missa, veritus est oculos ad cælum leuare: Et
dolore animi percutiebat pectus suum: Fidei
atque spei innixus, ait. Deus propitius esto
mihipeccatori. Hinc peccatorum veniam, &
gratiæ adeptus est infusionem, teste Domi-
no, & dicēte, descendit hic iustificatus ab illo.

Idem reperies in latronis conuersione. *Luc. 23.*
Fide dominum in tormentis cōfessus, peccata

K detestatus

DE BONORVM

detestatus est dicens, & nos quidem iuste &c. Spe erectus ait. Memento mei dñe cum venis in regnum tuum . Cui mox diuina misericordia obuia fuit dicens , Hodie mecum eris in paradiso . Eadem docebit te Magdalene pœnitentia. Ex his facile concludes iniquam & mendacem Lutheri sententiam, quam vult hominem sola fide iustificari & saluari, vt omnes virtutes eliminentur, vitia nulla vitentur, quę damnare nos nequeunt, sed sola infidelitas vt autumat Lutherus .

De bonorum operum neglectu.

CAP. XXVII.

PHILOMATHES Incidi nuper in ea quę scripsit Lutherus ad Albertũ archiepiscopum Maguntinum Cardinalem, vbi docet per indulgentias nunquã fore securum hominem, sed debere semper in timore & tremore salutẽ suam operari, quia iustus vix saluabitur teste Petro. Quapropter demiror, vnde illi in mētẽ venerit vt iã dicat nudã fidẽ, & eam solã iustificare hominẽ & saluare. **ORTHO.** Mirari defines si tecum reputes quã leuis ac perpetuò incõstans, immo quã sit ipso v̄to mutabilior Lutherus. Qui aliud sedens, aliud stans loquitur. Quum enim explodere niteretur indulgentias, dixit nihil securitatis

Lnc. 7o

1, Pet. 4.

curitatis per eas hominibus addi, sed cū timore & tremore operandam esse salutem . Vbi verò catholicis doctoribus inuidiam conflare pararet, dixit vanos esse hominū conatus, sed fidē solā iustificare & saluare, vt homines securos iam redderet etiā sine operib⁹ iustis .

PHILOMATHES Pendet iam animus atque iam in triuio sum, At tu me respice quę so, manumque porrige auxiliatricem .

ORTHODOXVS In hoc sum totus. Non inficiamur fidem hominem iustificare aut saluare, sed quòd hæc sola præstet negamus. Est enim prima in iustificatione impij vt differimus . Est etiā fons & origo bonorum operum teste Paulo Apostolo dicente ad Hebræos. *Heb. 11.*

Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones . Sunt quoque & alia opera ad salutem nobis necessaria, docente Christo . Si vis ad vitam ingredi, serua mandata . Et Paulus ad *Matth. 19.*

Galatas ait . Neque circuncisio aliquid valet neque præputium, sed fides quę per dilectionem operatur . *Gala. 3.*

PHILOM. Quā habeat opera contēptui Lutherus (quę tu prædicas) memini ex concione declamata Erfordie, dominica quasimodo . Vnus inquit ædificat templa, alter peregrinatur, tertius ieiunat & orat, incedit nudipes, aut

K ij quid

DE BONORVM

quid aliud facit . Eiusmodi opera nihil prorsus sunt , quæ & funditus destruere oportet . Hoc est maximum malum quod in mundo esse potest, quòd homines eò diriguntur vt opera carnalia possint iustificare aut saluare .

Item alio in loco dicit Lutherus, vt recitat dominus Ioannes Eckius, scribens contra Bucerum fo. 14 . Deus non curat opera nostra, aut si aliquid sunt coram Deo, omnia sunt æqualia quo ad meritum . Et alibi, vt idem refert . Fides & opera extremè sibi aduersantur, ideo non possunt doceri sine læsione fidei. Fides & opera in negotio iustificationis extremè aduersantur , adeo quòd doctrina operum necessariò sit diabolica & discessio à fide. Quàto maior peccator es, tanto citius Deus infundit tibi gratiam . Cùm autem exornas te operibus bonis , sicut catus nihil expedis .

ORTHODOXVS Vide obsecro mi Philomathes ex putrido ouo quàm perniciosus prodeat pullus . Sola inquit Lutherus fides iustificat & saluat . Quod inde nascitur monstrum ? Nempe omnia opera bona negligere, nulla peccata formidare , quia maius peccatum maiorem assequetur gratiam. O doctrina omnis facinoris via , & omnium virtutum inimica. At tu Sapientem magis ausculta dicentem . Quodcunque potest manus tua instanter

Eccle. 9.

ter operare . Et Paulum . Dum tempus habemus, operemur bonum. Immo & ipsum Christum saluatorem . Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. *Rationem dat Ioannes in Apocalypsi . Opera* *Gala. 6.*
ioan. 6.
Exod. 17.
Apocalypsi: 1

PHILOMATHES Non exhibitant prorsus atq; damnant opera bona Lutherani, immo potius christiano necessaria docent. Nam arborem bonam bonos fructus facere decet. *Matth. 7:*
 Et vt tibi fidem faciam, En articulus sextus in confessione Augusta. Oportet bona opera & mandata à Deo, facere propter voluntatem Dei . Non vt confidamus per eam iustificationem coram Deo mereri . Nam iustificatio & remissio peccatorum fide apprehenditur . Hoc constitutum est à Deo vt qui credit in Christum saluus sit sine opere , sola fide gratis accipiēs remissionem peccatorum. In confessionis huius apologia dicit Philippus Melanthon . Ira Dei placari non potest, si opponam⁹ nostra opera, quia Christus propositus est nobis propitiator, vt per ipsum fiat nobis placatus pater . Christus autem non apprehēditur tāquam mediator, nisi fide. Igitur sola fide consequimur remissionem peccatorum . Sicque opera nostra Deo sunt ingrata
 K iij facien-

DE BONORVM

facientibus inutilia, immo pernitiōsa & impia
à dæmoniorum doctrina introducta, si fiant
ad placandum Deū, aut ad impetrandam gra-
tiam, promerendamque misericordiam.

foratins
ORTHODOXVS Horreat aut pertimes-
cat nemo fulgura & tonitrua Lutherana, Par-
turient montes nascetur ridiculus mus. To-
nat clamans. Qui asserit opera nostra homi-
nem iustificare, Deum placare, gratiam aut
misericordiam promereri, aut saluare, hic blas-
phemat, tribuens operibus quod soli Christo
cōuenit. Christus enim est propitiatio pro
peccatis nostris, patrem placat: homines iu-
stificat & saluat. Euolue scriptorum om-
nium tum veterum tum recētorum lucubra-
tiones, nec inuenies qui hæc neget Christo,
vel id facere asseueret nuda opera sine me-
rito passionis Christi. Theologorum scripta
noluit intelligere Luther^o vt bene diceret, &
non calumniaretur. Hæreticorum autē mo-
re, omnia non tersè sed confusè loqui voluit,
ne deprehenderetur, & calumniam alijs strue-
re videretur. Verùm vt cum crasso homine
crassiori minerua agam, Luthere imaginem
nonne pingit pictor? Non reclamatione. Nonne
& penicillum? Annuis. At color quid? Non-
ne imagini dat esse? pictor effectiue penicil-
lum vt instrumentum, color formaliter, Ad
eundem

eundem modum iustificat, saluant aut placent Deus, Christus, & opera nostra, Deus enim iustificat & saluat effectiue, Christus per suam superbenedictam passionem meritorie: opera nostra dispositiue: gratia & charitas consummatiue & formaliter: sacramenta verò instrumentaliter. Sunt enim instrumenta per quæ nobis communicatur benedicta Christi passio. Qui hæc dicit nunquid derogare videtur Christo aut passioni eius? Nullo pacto. Finge gratia exempli aliquem alieno ære grauatum, atque ob id compedibus vinctum: Is cum non sit soluendo offeret quam valet pecuniam: Neque eam accipiat rex propterea, quòd citra debitum condigna est solutio. Intercedat filius regis, patrem placet de crimine, & ipse offerat solutionem plenissimam, Num, tum æqua erit satisfactio? Vtiq;. Ita quum supra nature vires esset iram Dei iustissimis de causis excitatam placare, Intercessit filius Dei, patris furor mitigauit, & quæ non rapuit plenissimè exoluit: hac tamen lege vt nostra testaremur satisfactiuncula, nos Deum offendisse, veniamque supplices precaremur. Et quæadmodum in vinculis detentus nõ absoluitur donec debitum soluatur (etiã si priº nuerata sit alibi pecunia) ita licet Christº pro pctº generis hũani in ara

DE BONORVM

crucis sese obtulerit Deo patri, & eum placauerit, non tamen liberatur peccator à suo delicto, nisi cōtritus sibi necessariam satisfactionem exoluerit, Alioqui adulter aut raptor adhuc in peccato consistens, liber esset à peccato & iustificatus. Hoc docuit Paulus dum ait, Deus qui diues est in misericordia cūm essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia saluati estis, Non quòd peccator tunc iustificatus est, sed quòd Christus meruit vt peccator resiliēs à peccato, particeps iam factus passionis Christi iustificetur. Ex his concilianatur scripturæ loca quæ sibi repugnantia videbantur, Paulus ait, Deus qui iustificat quis est qui condempnet? Iustificati gratis per gratiam ipsius. Arbitramur hominem iustificari per fidem, Iustificati gratia ipsius. s. Christi, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Quomodo verò etiam opera nostra iustificent, Deum placent, aut saluent, non pigeat audire. Iacobus ait. Quid prodest, fratres mei si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Abraham nonne ex operibus iustificatus est, offerens filium suum super altare? Vides quomodo fides cooperabatur operibus illi, & ex operibus fides consummata est. Videtis quomodo ex operibus

iustifi

Ephe. 2.

Rom. 8.

Rom. 3.

Tit. 3.

iac. 2.

iustificatur homo, & nõ ex fide tantũ . Quod autem opera nostra Deo placeant, eumque placent offensum, docet in primis Salomon, Comede in lætitia panem tuum, & bibe cum *Eccle. 9 :* gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua. In Genesi quoque scribitur, respexit dominus ad Abel, & ad munera eius . de Niniuitis quoque habetur, vidit Deus opera eorum *ionæ. 3,* quia conuersi sunt à via sua mala, & misertus est dominus super malitia. Et de Achab legimus postquam scidit vestimēta sua, operuit cilicio carnem suam, ieiunauitq; , & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Factus est autē sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens : Nonne vidisti humiliatum Achab coram me ? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Publicanus lachrymis, humilitate, & oratione *Luc. 18.* nonne descēdit iustificatus in domum suam ? Magdalenæ post lachrymas nonne dictum *Luc. 7.* est, Remittuntur tibi peccata tua ?

PHILOMATHES Quomodo hominem saluare valent sua opera ?

ORTHODOXVS Fatemur Christũ pro meruisse nobis æternam beatitudinem, atque sua ascensione nobis aperuisse ianuam regni, quam nemo referare poterat. Nostra verò opera gradum summæ fœlicitatis merentur, se- *1. Cor. 3.*

K .v. cundum

DE BONORVM

Gala. 6:
Matth. 20
Ioan. 14:
cundum illud Apostoli vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Item que seminauerit homo, hæc & metet. Et Saluator ait, voca operarios & redde illis mercedem suam. Et iterum, in domo patris mei mansiones multæ sunt, Hoc interpretatur Hierony. li. 2. contra Iouini. ca. 45. Paratæ inquit sunt in cælo plurimæ & diuersæ mansiones, plurimis diuersisque virtutibus, quas non personæ accipiunt sed opera. Idem ibidem ca. 43. Nō est inquit iniustus Deus, vt obliuiscatur operis eius, & dispar meritum æquali mercede compenset.

PHILOMATHES Quid Luthero respondis, qui opera quantumuis bona peccata vocat? Aut Oecolampadio qui teste Iacobo Lathomo dicit, Solus Christianus fatetur omnia opera sua esse iniustitias. solus ille cognoscit se in omni opere peccare: cui subscribit & Carolstadius in disputatione cum Eckio.

ORTHODOXVS Quis tam stolidi aut cecutientis potest esse intellectus, vt Magdalenam aut peccasse asserat, quā lachrymis circa pedes domini ea dilueret? Aut Publicanū dum pectus contundens diceret Deus propitius esto mihi peccatori? Quorum vterque voce Christi laudatus est.

PHI.

OPERVM NEGLECTV. 70

PHILOMATHES Si scripturis istis partam tibi victoriam existimas, habent & ipsi scripturas quibus dicta sua muniant dicit enim Salomō. Non est qui faciat bonū & non peccet, Et Ioannes ait. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. In multis enim offendimus omnes teste Iacobo.

Eccle. 7.

1. iohan. 1.

iaco. 3.

ORTHODOXVS Scriptura quosdam appellare solet iustos, non quōd omni vitio careant, aut consummatæ sint iustitiæ: Hoc enim in futura patria prestolamur. Non autem est hoc fragilitatis humanæ in hoc mortali corpore, vt habet Hieronymus cōtra Pelagij hæresim epist. 13. par. 1. sed quia ex maiori parte virtutum commendantur: licet aliquando in paruis minimisque peccatis ruant. Sic Noë iustus appellatus est atque perfectus.

Gene. 6.

Zacharias ante Deū iustus vocatus est: qui tamen silentio condemnatur, Iob quoque simplex & rectus habitus est, qui tamen fassus est stultè locutum se fuisse, Iosias & Iosaphat iusti quidē scripti sunt, fecisse tamē narrantur quæ domino displicerent, peccat itaq; iustus sed nō semp & in ōni opere. Bonū em̄ aliquādo operatur & placet domino cui peccata displicēt.

Luc. 1.

iob. 1.

PHILOMA. Hæreo si non explicaueris illud Isaïæ dicentis, facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pānus mēstruatē vniuersē iustitię

Esa. 64.

iustitię

DE BONORVM

iustitiæ. Iste dicit omnia opera nostra etiam bona, peccata esse.

ORTHODOXVS Iustitias, non bona opera intelligit, sed legalia sacrificia, quæ non immunda æstimat Propheta ex sua natura, sed ex offerentium prauitate. Nam ibidem præmittitur: Ecce tu iratus es, peccauimus, & in ipsis fuimus, & saluabimur? quasi dicat, non. Rationem subnectit, Facti sumus vt immundi omnes, & quasi pannus menstruatæ iustitiæ nostræ .s. legalia sacrificia, quæ alioqui placerent, sicut placitum fuit sacrificium Abrahamæ, Aaron, vel Moyse: Sic abominatus est Dominus neomenias, sabbata, & calendas, & incensum, eodẽ teste, Quia iniqui sunt, inquit Dominus, cætus vestri. Nam victimæ impiorum abominabiles domino. Et vota iustorum placabilia. Immunda quoque sunt veteris legis sacrificia tempore reuelatæ gratiæ. Adueniente enim veritate cessare necesse est figurâ.

De cœlibatu. CAP. XXVIII.

PHILOMATHES Quemadmodum suasit Lutherus per monachum nihil aliud debere intelligi, quàm abnegatum christianum, apostatam à fide Christi, confederatum diabolo & magum, ita & cœlibatû pro sua virili contemptibilem reddere conatus est. Nam in lib. de vita coniugali ita scribit

Est. 1.

Prov. 15.

bit, Citra omnem pudorem, necessaria est marisfœminæque commixtio non minus quàm cibus, potus somnus & alia naturæ opera. Et quæadmodũ vir nõ potest mutare sexum suũ, ita nec potest carere muliere. Non enim liberum est aut consilium, sed res necessaria & naturalis, vt omnem virũ oporteat habere mulierem, & omnem mulierem habere virum. Et hoc est magis necessarium quàm edere bibere dormire & c. Quam ob rem teneantur, sacerdotes, monachi & moniales, sua relinquere vota, nuptijsque operam dare, Præceptum enim domini est, Crescite & multiplicamini.

ORTHODOXVS O doctrinam Sardapaliam, brutã magis ac cynicam, quã illa, Dyogenis sententia, qua liberum fecit & citra pudorem viri vxorisq; cõgressum in publico. Nõne istud est Luthere pudicitie leges ac verendie iura temerare? Nõne id est iuuenes ac puellas procaciter in omne libidinũ genus puocare? ac impudicitie habenas laxare? Qui igitur Luthere viuere valuisti monachus carẽ vxore, dũ viueret patronus tu⁹ quẽ verebaris dux saxonie elector? cõlibẽ ne an libidini bus prostitutã, tum duxisti vitam? Nã eo vita functo, sacrilegas iniisti nuptias monachus cõ moniali. Nec te iustificat quod allegas scripture testimoniũ, Crescite & multiplicamini.

Hoc

DE COELIBATV.

Hoc non singulis hominibus nunc viuentibus mandatum est : Sed cùm genus humanum in paruo esset numero, tempore Adæ & Noë . Alioqui huius præcepti transgressores fuissent Ioannes Baptista & Euangelista . Et virgines sacratissimæ Agnes, Catherina, Cecilia, ac aliæ innumeræ .

2. Cor. 7. Temerariè scripsisset Paulus, de virginibus præceptum domini non habeo, consiliū autem do, tanquam misericordiam consequutus à domino. Solutus es ab vxore, noli querere vxorē &c. Et infra, Qui matrimonio iungit virginem suam bene facit . Et qui non iungit melius facit .

1. Cor. 7.
Luc. 9. Paulus suadet cœlibatum & virginitatem, & tu dicis Luthere necessariam viri mulierisque commixtionem . Vide mi Philomathes vtrius sententia magis arrideat, Pauli ne castissima, an Lutheri impudicissima, qui monachos & virgines Deo dicatos monet ad votorum transgressiones, & dare operam nuptijs, contra Pauli sententiam dicentis. In qua quisque vocatione vocatus est, in ipsa permaneat. Et Saluator ipse ait. Nemo mittens manum ad aratrū, & aspiciens retro aptus est regno Dei. Quo ergo eos mittis quos monasterijs euocas, nihil reueritus labefactare, quod dñs voluit esse inuiolabile? Dicitur enim

in

in Deutero. Cùm votū voueris domino Deo *Deut. 23.*
 tuo non tardabis reddere, quia illud requirit
 dominus Deus tuus. Si moratus fueris re-
 putabitur tibi in peccatum. Quale ergo pec-
 catum, transgressio peccati, si mora peccatum
 estimatur & nō leue? Ruina homini est deuo *Prov. 20.*
 tare sanctos, & post vota retractare ait Salo.
 Et Moyſes. Si quis virorum vouerit, non
 faciet irritum votum suum, Si simplex pro-
 missum homini seruandum est magis quod
 Deo deuouimus. Liberum quidem fuerat
 vouere aut non vouere, necessarium autem
 tenere & non irritare, votum emissum red-
 dam inquit Psalmista vota mea, quæ distinxe-
 runt labia mea.

Constat ex his Sardanapalicū magis quàm
 christianū fuisse Lutherū, dum pro magno mi-
 raculo hoc habuit (ædito in illius facti lau-
 dem libello) quòd florentina quædam Lu-
 thero fermento infecta, carceri mancipata
 fugæ præsidium sibi adinuenit, & ad ipsum
 Lutherum periura, voti fracti rea, confugerit
 è monasterio Islebenensi, dum miris præco-
 nijs illum extulit sceleratissimum nebulo-
 nem, qui in die parascheues cæteris circa
 dominicæ passionis memoriam occupatis,
 nouem moniales Deo dicatas, è monasterio
 Nimi-

DE COELIBATV.

Nimicensi Vvittenbergam eduxit, quartum
 vnā Catherinam nomine ipse duxit vxorem,
 monachus monialē. Neque hoc illi sat erat,
 quin etiā niteretur Archiepiscopo Maguntino
 cardinali persuadere, vt sese nuptijs nouis
 & sacrilegis dederet. Et dignitatem episcopa-
 lem, in principatum secularem commutaret,
 prætendens ecclesiasticas functiones pugna-
 re cum gloria Dei. Vnde quæso dimanauere
 ecclesiasticæ functiones? Nonne à Christo,
 ab apostolis, & ab eorum discipulis? horum
 functiones si pugnent cum gloria Dei, assen-
 tio Lutherō. Sed non habet Lutherus quo
 hoc probet. Vt autem efficacius suaderet e-
 piscopo contrahere matrimonium, Iouiniani
 hæresim amplexans, matrimonium nedum
 æquare, verum & præferre virginitati cona-
 tus est, dicens statum matrimonialem spiritua-
lem esse non virginalem, contra Paulum di-
 centem. Volo vos omnes sine sollicitudine esse
 se, Qui sine vxore est, sollicitus est quæ domi-
 ni sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem
 cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi,
 quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et
 mulier innupta & virgo cogitat quæ domini
 sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Quæ au-
 tem nupta est cogitat quæ sunt mundi, quo-
 modo placeat viro. Et infert. Qui matrimo-
 nio

1. Cor. 7.

nio iūgit virginem suam bene facit. Qui non iungit melius facit, hoc tractans Hieronymus in apologia contra Iovinianum, dicit. Vbi bonum & melius, ibi est boni & melioris nō vnum præmium. Et vbi non est vnum præmium, ibi vtique bona diuersa. Tantum igitur interest inter nuptias & virginitatē, quantum inter non peccare & benefacere, immo vt leuius dicam, quantum inter bonum & melius.

PHILOMATHES Non damnat Lutherus continentiam sed concinit Sapiēti, qui ait. Scio quia continens esse nō possum, nisi Deus dederit. Et hoc non abhorret à Saluatoris sententia, dicentis. Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum Dei, qui potest capere capiat. Ecce hoc donum Dei asserit Christus. Habet inquit Paulus vnusquisque proprium donum ex Deo. Qui itaque hoc munere à *1. corin. 7.* Deo non est donatus, vtatur matrimonij indulgentia. Melius est enim nubere quàm vri teste Paulo.

ORTHODOXVS Non est hoc infimum Dei beneficium, habere liberum arbitrium quo aut matrimonium, aut castitatem, amplecti possimus, si arrideat. Quam si voto confirmauerit, iam non erit liberum ab ea resili-
re, & votum irritare.

L P H I-

DE COELIBATV.

PHILOMATHES Atqui poterit esse quispiam continens si donum hoc non habeat à Deo? *Philip. 4.* Omnia possum inquit Paulus in eo, qui me cōfortat Deus. Si autem non cōfortauerit quō viuā cōtinenter in tam fragili corpore?

ORTHODOXVS Succurat animo illud Saluatoris. Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorū.

Et si duo ex vobis cōsenserint super omnē terram, de omni re quācunque petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Et Iaco. ait. Si

Iaco. 1. quis indiget sapiētia, postulet eam à Deo, nihil hēsītās, & dabitur ei. Par ratio est de omni actu virtutis necessario. Sed obijcit fortē

tacitus. Peto atque oro sepe numero & nihil consequor. Respondit tibi Iacobus. Petitis & non accipitis, eo quōd malē petatis: Nam li-

bidinum irritamenta euitare sedulō non laboras. Periclitatur castitas in delitijs, teste Ber-

nardo, Cōmessationibus & ebrietatibus vacare vultis, Corpus affigere ieiunijs, abstinentijs, vigilijs, recusatis. Muliercularum con-

fortijs & confabulationibus, vltro vos ingeritis, occasionem delinquēdi fugere negligitis Et dicitis continentie donum non habeo. *1. cor. 6.*

Fugite inquit Paulus fornicationem, fugite libidinis fomenta, delitias, inequales personas, loca suspecta, quemadmodum fecit castissimus

mus

mus Ioseph que reliquit pallium in manu do- ^{Gene. 39.}
 minæ suæ, & fugit. Et paratū aderit diuinum
 adiutorium. Vultis vos esse circa ignem, & nō
 calefieri. Qui amat periculum peribit in illo, ^{Eccle. 3.}
 dicit Sapiens.

De abstinentia ciborum, & ieiunio.

CAP. XXIX.

PHILOMATHES Quid te commo-
 uit vt Lutherum, Veneris præconem &
 discipulum appelles ac epicureum? An
 adeo est in venerem & gastrimargiā pronus?
ORTHODOXVS Adeo vt vix aliq̄s ma-
 gis: hæc enim vitia sibi sunt vicina, vt poëta ait
 sine cęrere & baccho friget venus. Nam Hie-
 ro. teste, vt recitatur dist. 35. cap. venter. Ven-
 ter mero æstuans de facili spumat in libidinē.
 Et ex eodem. vt habetur dist. 44. ca. 1. venter
 & genitalia sibi metipsis vicina sunt, vt ex vi-
 cinitate membrorū, cōscēderatio intelligatur
 vitiorum. Sardanapalicus noster euangelista,
 omnem abstinentiam & omne ieiunium stu-
 det explodere & eradere studio quidem ven-
 tris, sed magis odio Ro. pōtificis, aut ecclesię
 certas abstinentias ab aliquibus cibis, & ieiunia
 rationabiliter instituentis. Nam in publica cō-
 cione Erfordię facta dominica quasi mō, con-
 tra mandatum imperiale quo prohibuit ne ve-
 niēs Vvormaciā in via prædicaret, ait. Vnus

L ij ędisti-

DE ABSTINENTIA

ædificat templa, alter peregrinatur ad. S. Iacobum, aut ad. S. Petrū, tertius ieiunat aut orat. Eiusmodi opera nihil prorsus sunt, quæ & funditus destrui oportet. Scripsit præterea librum de vitandis hominum doctrinis pestilentissimum, In quo damnat omnia ecclesiæ præcepta & statuta: qualia sunt, Ne in quadragesima vescamur ovis aut carnibus. Item vt diebus quatuor temporū & in vigilijs apostolorum ex præcepto ecclesię ieiunetur.

Inter concionandum verò vt impingit ei Vvicelius exclamauit sæpenumero, Si populus noster per odium operum potuit ab orando auerti, quanto facilius à ieiunando? Nam & antea à ieiunio abhorrebamus, facile igitur aboleri potuit ieiunium. Corpori enim mundanorū longè durius est ieiunare, quàm edere, aut bibere. Euge Luthere nunc conscientiam tuam appello, qui potuisti in eam dementiam peruenire vt populum à ieiunio absterreres, quod in omnibus ferè sacrae scripturae paginis commendatur? Primo occur-

- Thob. 12.* rit illud cœlicum angeli axioma, Bona est oratio cum ieiunio. Et de Iudith legitur, quòd
- Iudith. 8.* clausa morabatur habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ præter sabbata, & Neomenias, ac festa domus
- Hest. 4.* Israel. Hester quoque ieiunans cum ancillis suis

lis suis, præcepit Iudeos ieiunare & orare pro
 misericordia imploranda. Achab nõne ieiunio ^{3. Reg. 21.}
 & oratione veniã sibi impetrauit delictorũ? ^{Iona. 3.}
 Rex Niniuitarum nõne omnibus ieiunium &
 orationem indixit? Paulus nõne abstinenti-
 am patrũ commendauit, dicens, Circuierunt ^{Heb. 11.}
 in melotis in pellibus caprinis, egentes, an-
 gustiati, afflicti, quibus dignus non erat mun-
 dus? Iam ad Christum ipsum te voco, mol ^{Luc. 16.}
 litiem & delicias diuitis epulonis detestan-
 tis, & Ioannis Baptiste abstinentiam proban-
 tis. Nonne & Apostolos legimus Deo serui- ^{2. corin. 12.}
 isse, in fame, siti & nuditate? Et ipse Saluator ^{Luc. 5.}
 ait, suos discipulos ablato spõso ieiunaturos.
 De Anna quoque prophetissa legitur, quòd
 non discedebat à templo, ieiunijs & oratio-
 nibus seruiens nocte ac die. Non ignoras ^{Luc. 2.}
 (opinor) Christi exemplo, Christianis com-
 mendatum ieiunium quadragesimale, quod ^{Matth. 4.}
 Petrus fertur instituisse, quòd ecclesia ipsa
 hætenus per aliquot annorum centenaria
 religiosè amplexata coluit. Et tu ventris ser-
 uus effectus Sardanapalicus, ré tot nomini-
 bus sacram explodere præsumis? O rem de-
 deplorandam, tanta Germanorum ante tu-
 am perfidam doctrinam fuit parsimonia, vt
 diebus veneris vix ouis vesci voluissent. Ita
 Lutheri commentis fascinati sunt hac tempe-

CIBORVM ET IEIUNIO.

state Germani, vt neque à carnibus quidem abstineant, omnia ieiunia violantes, In comitijs Spirensibus anno .1526. celebratis, Ioannes Saxonie Dux elector factus & Philippus Lantgravius Hassie adduxerunt secum suos concionatores, & noui ritus sacrificulos. Atque vt plures allicerent ad eorum sectam, iusserunt concionatores, suos in atrijs ædium suarum quotidie ad populum concionari. Ingens fuit plebis & rusticorum concursus, non tam discendi gratia quàm propter nouitatem modumque inusuetum ad audienda in papam & clerum conuicia, Et data opera in ferculis portabantur carnes coctæ in sextis ferijs, alijsque ieiunij diebus, in cõspectu totius auditorij per atrium ad mensam principum & aulicorum, in ecclesie & catholicorum publicum despectum, Patrabantur & alia id genus multa parum euangelicè, ab euangelicis ibi hominibus. Immemores sanè fuere hi qui se euangelicos asseriebant, illius euangelicæ & saluatoris sententiæ, Væ mundo ab scandalis, Necessè est vt veniant scandala, verumtamen væ homini illi per quem scandalum venit. Qui aut scandalisauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum

Matth. 18.

tenetue folium Vm

dum maris. Et illius Pauli. Si esca scandalizat *i. cor. 8.*
fratrem meum, non manducabo carnes in-
eternum.

De missa. CAP. XXX.

PHILOMATHES Malè audiunt Lu-
therani apud aliquos missę causa, sed pre-
ter equitatem. Nam in confessione Au-
guste Imperatori exhibita, sic inquit Pro-
testates, falso accusantur ecclesię nostrę, quòd
missam aboleant. Retinetur enim apud nos
missa, & summa reuerentia celebratur. Seruã-
tur quoque & vsitatę ceremonię ferè omnes
preterquam quòd Latinis cantionibus ad-
miscētur alicubi Germanicę, quę addite sunt
ad docendum populum. In apologia verò
articulorum ibidem exhibitorum, Melan-
cthon ita loquitur, apud nos dominicis die-
bus & alijs festis fiunt missę, in quibus porri-
gitur sacramentum his, qui vti volunt, post-
quam sunt explorati & absoluti.

ORTHOD. Ab eodē fonte sicut priora sca-
turit corruptissimus hic riuulus, nēpe ab odio
ecclesiasticorū, quo Lutherani priuatā missam
abrogant, vnicam celebrem seruantes & eam
dominicis diebus ac festis duntaxat. ¶ Dum
priuatę missę celebrātur cōsulitur plebi, Non
enim omnibus eadem hora est accommoda

L iij adire

DE MISSA.

adire sacrum. Cur autem tam raram esse ve-
lint non intelligo. Si enim res utilis est missa,
quare non potest dici frequētius? cū teste
Hieronymo contra Vigilantium, Quod se-
mel fecisse bonum est, non potest esse ma-
lum, si frequenter fiat, aut si aliqua culpa vi-
tanda est, non ex eo quod sæpe, sed ex eo
quod fit, culpabile est. Rarę sunt carnes pha-
sianæ ac delicatæ: neque tamen ideo quic-
quam detrahitur lautitiæ si fiant frequentio-
res. Quid? Num Iudæis sumus inferiores
qui matutinum vespertinumque habuere sa-
crificium, præter alia votiuæ, & festiuæ sacri-
ficia? Et nos ad eam reducemur inopiam, vt
omnibus sat esse debeat vnā celebrari mis-
sam, etiam his qui interesse non poterunt ea
hora? Sed audire operæpretium est hæ-
reticorum inconstantiam, Lutherus docuit
priuatas missas penitus abolendas, quod fa-
cile persuasit fratribus suis Augustinianis
Vvittenbergensibus, qui primi eas elimina-
uerunt, vt testatur liber eius de abroganda
missa priuata. Deinde vt odium quo in ec-
clesiasticos flagrauit aperiret, missam in vni-
uersum è Germania explodere conatus est, vt
ea exulante, sacerdotum ac monachorum
omnia bona, prædæ & rapacibus hæretico-
rum vnguibus pateant. Omnia namque cle-
ricorum

ricorum stipendia, in laudibus diuinis orationibus & missis radicata estimat. Quare alium emisit libellum de angulari missa intitulatum, in quo missam vocat abominationem: immaculatum altaris sacrificium, dicit sterces, lutum, sordem, illuuiem, sacros ordines raucidum putidumque crisma.

Edidit & alium tractatum cui titulum premissit de abominatione canonis missæ. Et sic exorsus est. Ego multum ac sæpe iam prædicaui & scripsi, de papisticis sceleratis missis, quomodo conandum sit, ut ab ea abominatione liberaremur. Audent enim diuinam maiestatem impudenter omni hora blasphemare, ac violare suis abominabilibus missis & idololatrijs. O virulenti libri, Cur rabido ore Luthere missæ canonem laceras (ut alia quæ in missa sunt pertranseam, videlicet diuina laus in introitu, supplex oratio in collectis, eruditio plebis in epistola & euangelio) quid censes in canone abominandum? Est ibi supplex pro viuis ac mortuis deprecatio, intercessionis diuorum imploratio, & ipsa consecratio, Quid horum execrabile, impium aut ineptum? Immo potius quid horum non exosculandum atque amplexandum, ne dicam & adorandum?

Quo tempore indicta esset synodus vicentia, parauit Lutherus aliquos articulos quos

L v

volebat

DE MISSA.

volebat concilio exhibere, inter quos hic erat secundus. Oportet missam in papatu maximam esse abominationem, eò quòd directè & violenter pugnet contra hunc principalem articulum. Sola fides in Christum nos iustificat. Audis Achillicum Lutheri argumentum contra missam, textum Pauli corruptum per additamentum. Non enim habet textus Pauli quòd sola fides iustificet, sed quòd fides iustificet, hoc enim inficiatur nemo. Fides enim iustificat quèadmodum Dei gratia charitas ac alię virtutes & non sola, vt satis insinuatum est cap. 26. Audi & orationem eius in epistola quadam theutonica, Det dñs inquit omnibus Christianis tale cor vt quando audiunt hanc vocem Missa, exterreantur & cruce muniant sese, tanquam contra diaboli abominationem. O os blasphemum. Quis pius christianus has non abhorrebit voces? Minus autem mirabitur qui animaduertet à quo sua hæc hausit venena, non aliorum sed sui ipsius audiamus testimonium. In libro de angulari missa fatetur se nosse diabolum, & quòd cognitus sit ab eo, frustumque salis cum eo edisse, ac se penumero disputasse cum eo, diabolumque victorem, qui eum docuerit missam esse abominationem & idololatriam. Verè mendax est hic tuus præceptor & pater me daci

dacij, Qui vti Euę imprudenter credule, ita tibi quoq; verba dedit. Nam si missa res est (vt tu autumas) execrabilis, diabolus tecum disputans nõ fuerat daturus operam quo hoc sacrificinm aboleretur. Immo potius reor fatigisset vt in Dei contumeliam sæpius celebraretur. Quamobrem libellus Lutheri de angulari missa potius mouere nos debet ad missam confirmandam quàm abolendam.

His suis nenijs atque calumniosis figmentis estimat Lutherus palmam obtinuisse. Ac se de Ecclesiasticis vindicasse. Sic enim scribit virus suum exhibilans ad Regem Anglię. Missam exterimus & triumphamus aduersus assertorem sacramentorum. Triumphata verò missa puto nos totum papatum triumphare. Nam super missam ceu super rupem nititur totus papatus cum suis monasterijs, Episcopatibus collegijs, altaribus, ministerijs, doctrinis, &c.

PHILOMATHES Non dicimus missam prorsus inutilē, Est enim passionis dñicę memoriã piē reficãsi iubente hoc Christo & dicente, hoc facite in meã cõmemorationē. Sed quòd missa sit sacrificiũ pro viuis & mortuis nõ videtur rationi cõsentaneũ nec scripturę, immo sacrificio Christi in cruce oblatum iniurium. Nam ipsum semel oblatum esse in cõ-

summa-

Luc. 22.

DE MISSA.

Heb. 9.

summationem seculorum ad destitutionem peccati sat erat, alioqui oportebat eum frequenter pati, vt deducit diuus Paulus ad Hebræos. Quapropter nõ adeo aberrat à scopo Lutherus in lib. de capti. Babilo. ita loquens. Manifestus ac impius error est, missam pro peccatis, pro satisfactiõibus, pro defunctis, aut quibuscunque necessitatibus suis aut aliorũ offerre seu applicare. Idem cõtra Louanieñ abominanda est inquit doctrina nostrorum Louaniensium in vsu eucharistiæ: cùm sit prophanationis, hæresis idololatriarũ plenissima. Et missam pro defunctis offerre hæreticum est & blasphemum: attribuitur enim missæ quod Christi sacrificio proprium est.

ORTHODOXVS Non volo te ignarum esse eorum quæ ab Apostolorum temporibus accepimus, Dicitur nanque de consecrat. dist. 1. cap. Iacobus, ex sexta synodo. Iacobus frater Domini secundum carnem, cui primũ credita est Hierosolymitana ecclesia, & Basilius Cæsariensis episcopus addiderunt nobis missæ celebrationem. Glo. ordinem missæ celebrandæ tradiderunt, alij verò Roma. Pontifices addiderunt quædam ad decorem, quædam ad eruditionẽ plebis, orationes quoque supplices superinuenerunt. Missæ meminit Ignatius diui Ioannis euangelistæ discipulus,

Ius, epistola quinta ad Smyrneñ, dum ait. Nō licet sine episcopo neque offerre, neque sacrificium immolare, neque missas celebrare. Similiter & Dyonisius beati Pauli discipulus in lib. Eccle. hierarch. cap. 2. par. 3. Non est itaque recens missarum celebratio vt quidam somniant, sed ab ipsis Apostolis dimanauit.

Missam sacrificium nominant patres, antiquitate, scientia, & vita probatissimi. Fulgentius libro secundo nominum circa principium. Leo Papa. 1. in epistola ad Dyoscorum. s. nona. August. 10. de ciuitate. cap. 20. Ambrosi. de offi. l. 1. ca. 48. Chryso. de prodicione Iudę. Idem censuerunt concilia Toletanum. 12. cap. 5. Carthag. 3. capite. 24. Lateraneñ. quemadmodum habes de sum. tri. & si. cath. cap. firmiter. Quæ gens tam effera tam barbara vnquam quæ non habuerit sua sacra & sacrificia? hoc qui nō credat legat Valerium Maximum lib. 1. ca. 12. Nam & Romani tam erant falsorum Deorum cultibus addicti, vt sine illorum præsidio non putarēt rem publicam saluam consistere. Quàm studiosi diuino præcepto moniti erant Iudęi in suis ceremonijs ac sacrificijs, legat qui vult librum Levitici. Et tu Luthere solos Christianos alienos esse cupis ab omni cultura Dei & pietate, ac vnico & omnium sacrificiorum summo

summo

DE MISSA.

summo niteris eos priuare . At antiqui pa-
tres vnanimi consensu missam esse sacrifi-
cium offerendum pro viuis & mortuis suis scri-
ptis tradiderunt . Chrysoſto. homilia. 69. ad
populum Antioch. Non temerè inquit, ab a-
postolis hæc sancita fuerunt vt in tremendis
mysterijs defunctorum agatur commemora-
tio . Sciunt enim illis inde multum contingere
lucrum vtilitatem magnam . Augusti. in
enchyridio sic habet. Neq; negandum est de-
functorum animas pietate viuentium rele-
uari, cum pro illis sacrificium mediatoris of-
fertur . Ratione exoptas? Idem est enim sacri-
ficium quod olim in cruce per Iudeos, nunc au-
tem in altari per manus sacerdotis offertur. Il-
lud enim cruentum fuit, quando riuuli cruo-
ris de corpore Christi profluxerunt. Istud in
symbolo ephesino dicitur incruentum, hoc est
non in specie cruoris oblatum de conse. dist.
2. cap. necessarie . Docet hoc Ambrosius in
epistola ad Hebræos & recitatur de cose. dist.
2. capitulo in Christo . In Christo semel ob-
lata est hostia ad salutem sempiternam potes.
Quid ergo nos? Nonne per singulos dies of-
ferimus? sed ad recordationem mortis eius.
Et vna est hostia, non multæ . Quomodo est
vna & non multæ? Quia semel oblatus est Chri-
stus . Hoc autem sacrificium exemplum est illius,
idipsum

idipsum & semper idipsum . Proinde hoc idē est sacrificium . Et Paulo post ipsam etiam offerimus nunc, quę tunc oblata est consumi nō potest. Quod nos facimus in cōmemorationem fit eius quod factum est . Et Augu. in li. sententiarum Prosperi, & recitatur vbi supra cap. Semel, Semel immolatus est in semetipso Christus. Et tamen quotidie immolatur in sacramento . Audacissimi igitur fuerit facinoris tot patrum sanctionibus neglectis tot sacrorum iuxta ac antiquorum doctorum sententijs posthabitis, in vnus Lutheri iurare verba, qui sese diabolo asserit vsum p̄ceptore.

PHILOMATHES Ex missis nundinas & negociationes fieri asserit Lutherus, nec procul à veritate, pro animabus in purgatorio, nauis in mari, mercatoribus in terra, egrotis in domo, & omnibus quibuslibet in causis. Dicit præterea in libro cui titulum indidit, De cœna Christi confessio Lutheri, quod vigilię, missę, ac anniuersarij dies pro defunctis sint inutiles & nundinę diaboli.

ORTHODOXVS Nihil tam sanctum, nihil tam rectē institutum, quod diaboli versutia non aliquando degeneret. Abusus plurimos sacrificulorum, & quorundam ineptias irrepsisse non imus inficias. Tu verò Luthere memineris interim, quod nemo
suis

DE MISSA.

fuis stipendijs militat, vt docet Apostolus ad
1. corin. 2. Corinth. Quis plantat vineam, & de fructu
eius non edit? Quis pascit gregem, & de lac-
te gregis nō manducat? Scriptum est in lege
Deut. 2. Moyfi. Non alligabis os boui trituranti. An
propter nos hęc dicit, Si vobis spiritualia semi-
namus, magnū est si carnalia vestra metamus?
Si alij participes vestri sunt, quare non poti-
us nos? Nescitis quoniā qui in sacrario operā-
tur, quæ de sacrario sunt edunt? Et qui alta-
rio deseruiunt, cum altario participant? Ita &
Luc. 10. dominus ordinauit his qui euāgelium annun-
ciant, de euangelio viuere: Dignus est inquit
operarius mercede sua. Sed tu contra equita-
tem rationis, contra scripturæ mandata, totus
in hoc incumbis, vt boui trituranti os obtu-
retur. Et quod ecclesiæ est, decoquant nebu-
lones, & tui similes apostatæ, ecclesięque mi-
nistri interim latrante stomacho esuriant.
Non sunt opinor, nostri sacerdotes Leuitis
inferiores. At illis non deerat, quo victita-
Gene. 47. rent: rex Pharaon ethnicus, licet A Egypto tota
facta tributaria, tamē sacerdotum idololatrarum
terram, liberam esse voluit. Quibus eti-
am quę ad sustentandam vitam necessaria vi-
debantur (alijs egestate & fame laborātibus)
affatim præbuit. Et tu pleno ventre satur, ad
esuriam compelles Christianos sacerdotes?

At

At inquires, bona pars illorum improbe vitæ est, ac planè rudis & inepta, quæres quæ sua sunt non quæ Iesu Christi. Et breuiter quidam eorum nihil minus sunt, quàm quod dicuntur. Demus ita esse, In senatu illo apostolico non fuerunt vsquequaq; pares. Nam Iudas inter eos proditor fuit. Et Petrus ter Christum negauit, cæteri que capto pastore fugierunt. Tu verò tam mordicus insectaris ecclesiasticos viros, ac si inter eos ne vnus quidem inculpate viueret, doctus, probus, ac ministerio idoneus esset. Siquidem reprehendes solos abusus, qui prælatorum negligentia, ne dicam auaritia, irrepsissent ferendum fuerat. Sed modo & ordinem & officia, omnia denique nostræ religionis capita hostiliter impetis, conuitijs fatigas, mendacijs commaculas, inuectiuis criminaris, vt omnes apud principes & vilem plebeculam ridendos propines. Inde & animarum periclitatur salus. Contemptis enim sacramentorum ministris, quid restat nisi vt illudatur ecclesiæ, & ipsius arcanis sacramentis? Quæ tamen præclara habemus præ cæteris nationibus.

M De

DE ORATIONE ET

De oratione & horis canonicis .

CAP. XXXI.

PHILOMA. Audisti ne aliquando quæ-
lia Lutherus in concionibus publicis de
oratione effutierit ?

ORTHO. Nunquam , Sed tu narra
si quid habes memorabile .

PHILOM. Frequenter cum inter loquen-
dum efferuesceret Lutherus ait. Quid orare ?
Quid orare ? Orando parum efficies coram
Deo, ad hoc citabat verba Christi Math. 6. &
23. vbi Dominus reprobatur orationes Pharisæ-
orum . Et Ioan. 4. vbi Samaritanorum orati-
onem reprehendit. Et illud psal. Oratio eo-
rum fiat illis in peccatum, hic clamabat sep-
tem horas canonicas non magis Deo gratas
quàm asinum rudere, vel infantem vagire, hic
reiecit laicorum consuetas preces, hic nihil esse
boni in cunctis libellis precatorijs, hic nulla
recipienda erat oratio præterquàm pater no-
ster . Quàmuis & ea oratio cum ceteris in dis-
suetudinem abierit . Hic brevis debuit esse
oratio , si omnino orandū est quia Deus oris
preces non curat, hæc impingit ei Vvicelius.
Clamavit etiam in publica concione Erfor-
diæ . Vnus peregrinatur, alter ieiunat aut o-
rat &cæ . Eiusmodi opera nihil prorsus sunt
quæ

quæ funditùs destrui oportet .

ORTHO. Hoc vnum spectasse videtur Lutherus vt ecclesiasticos ritus ac sacra omnia labefactet, populoq; persuasum habeat sacerdotes & monachos genus esse iners ac inutile. Vtinã potius huc intendisset nervos suos, vt diuina cū maiori exoluerentur reuerētia & maturitate: vt preces nostras puriores corā Deo effunderemus, cum maiori ardore & alacritate. Quod si fecisset nemo non fassurus esset Lutherum de christiana religione quàm optime meritum . Sed eum religionem suppeditantē ac sacras ceremonias dilaniantem quis æquo feret animo ? Istud non est mederi aut opem ferre ecclesiæ nutanti, sed potius extinguere & pessundare . Nullam puto esse gentem tam barbaram quæ non oret, quæ non habeat peculiare ac certas quasdam preces . Precantur idola sua pagani ac suppliciter venerantur . Idē faciunt Iudæi, Dei veri cultores, suis sacrificijs legalibus. Et christianis non licebit quod licet Turcis idololatri ac Iudæis ? Toti nãq; à Deo pēdemus indigi illius auxiliatricis gratiæ. Nō enim teste Paulo sufficiētes sumus ^{2. Cor. 3.} cogitare aliquid à nobis. Quid ergo de opere dicemus ? Cum enim ignoremus quid agere ^{2. Para. 2.} debeamus, hoc solum residui habemus vt oculos nostros dirigamus ad te ait Iosaphat .

M ij Ille

DE ORATIONE ET

Ille igitur ardentibus precibus inuocandus, pu-
 ris obsequijs colendus, efficacibus desiderijs
 nobis est exoptandus. *Moyses supplicante vi-*
cit Iosue Amalachitas. Hester & Judith præ-
uijs orationibus populum à morte liberant.
 Post supplicem orationem victoria potiti sunt
Machabæi. Aaron stans inter mortuos & vi-
 uentes plagam oratione & sacrificio depulit.
 Porro Christus ipse orationem qua patrem in-
 terpellarem docuit. Et fiduciam impetra-
 tionis insinuauit dicens. Petite & accipietis.
Quærite & inuenietis, pulsate & dabitur vo-
bis. Et Iacobus ait. Si quis vestrum indiget
 sapiëntia, postulet à Deo, qui dat omnibus afflu-
 enter & non improperat, & dabitur ei. Vi-
 de quàm alijs sint dissimiles Lutherani, qui so-
 li reiiciunt orationes tam communes quàm
 priuatas. Quòd vero obijciat Lutherus ali-
 quorum preces domino displicuisse, hoc non
 erat propter ipsas preces, sed quia non debite
 aut dignè supplicabant. Dicit enim Iacobus,
Petitis & non accipitis eo quòd malè petatis.
PHILOMATHES Non displicet Luthe-
 ro aut suis oratio dominica ab ipso Christo
 prodita, incertas verò preculas libellosque
 precatorios reiiciunt atque negligunt.
ORTHODOXVS Angelus Raphael Tho-
 biæ ait. Bona est oratio cum ieiunio. Anna vi-
 dua

Exo. 17.

Hester. 4.

Judith. 9.

2. Mac. 4. 7

Nume. 16.

Matth. 6.

Matth. 7.

Iaco. 1.

IACO. 4.

Thob. 12.

dua commendatur in euangelio, quòd nò re- Luc. 2.
 cedebat de templo, ieiunijs & obsecrationi-
 bus seruiens nocte ac die. Nunquid hi aut pri-
 mores patres orantes orationem dominicam
 recitabant quam Christus nondum ediderat?
 Non igitur opus est certas orationes præscri-
 bere, vt ab his discedere nephas sit. Precabi-
 tur quisque vti spiritus ei suggesserit. Porro
 tam breues factæ sunt Lutheranorū preces,
 vt sint paucissimi qui vel semel in hebdoma-
 da ad precandum accedant, immo tam ra-
 ra est quibusdam supplicatio, vt iam etiam o-
 ratio dominica abierit in obliuionem, perin-
 de ac si christiani esse desierint.

PHILOMATHES Mirè sibi placet Lu-
 therus quòd doctrina tam auidè à quibusdam
 imbibita sit sacerdotibus & monachis, quòd
 pulchrè didicerint omittere & neglectui ha-
 bere horas canonicas. Nam Dominus ait in
 oratione. Nolite multum loqui sicut ethnici matth. 6.
faciunt. Putant enim quòd in multiloquio
 suo exaudiantur.

ORTHODOXVS Non reprehendit Chri-
 stus prolixam orationem. Nam & ipse factus Luc. 22.
in agonia prolixius orauit. Sed eos qui proli-
 xè orant voce, cor autem eorum longè est à
 Deo. Qui dant sine mente sonum. Nam
 continuè & frequentes preces Deo sunt ac-

M iij ceptissi-

DE ORATIONE ET

ceptissimæ modò ab ardenti proficiscatur deo
 siderio, quod declarant scripturæ varia testi-
 monia. Septies inquit David laudem dixi tibi
 in die, Anna prophetissa commédatur quia
 non discedebat à templo, nocte ac die orati-
 onibus vacans. Ibant quoque apostoli in tem-
 plum ad horam orationis nonam. Et Petrus
 ascendit in superiora domus, vt oraret circa
 horam sextam, De Cornelio ibidem dicitur
 quòd orationes eius & eleemosynę ascende-
 runt in memoriam in conspectu Dei. Et Pau-
 lus ait, sine intermissione orate. Et Saluator,
 oportet semper orare & non deficere.

Luc. 20

Act. 3.

Act. 10.

1. Theff. 5.

Luc. 18.

PHILOMATHES Non intelligo quomo-
 do semper & sine intermissione orandum sit,
 vt docet Paulus & Christus. Licebit ne come-
 dere aut dormire? Et quo pacto tunc orabit?

ORTHODOXVS Huic respondit qui-
 dam patrum olim, Eleemosynam do inquit,
 & illa me comedente aut dormiente orat pro
 me, iuxta illud, Còclude eleemosynam in sinu
 pauperis & illa orat pro vobis. Ob hoc
 principes opulenti erexere collegia, struxere
 cœnobia, multimodis impensis, vt ipsis seculi
 negocijs ac prophanis deditis monachi & sa-
 cerdotes pro eis apud dominum intercedant
 ac ipsum laudent. Sic filijs inter se conui-
 vantibus Iob sacrificium obtulit & sanctifica-
 bat

Eccle. 19

Iob. 1.

bat eos: dicebat enim, Ne fortè peccauerint filij mei & cę. At Lutherani cupiūt exilio dānatas diuinas laudes, precesq; supplices, vt sequiat in nos vindex ira Dei, quæ supplici precere restringi consuevit. = Ez. 22

Doctrina Lutheri sepultas hęreses resuscitauit. CAP. XXXII.

PHILOMATHES Credo te reminisci quòd nuper dixeris doctrinam Lutheri virtutum eradicationem, diuini cultus ruinā, potestatis ecclesię exterminiū, vitiōrū nutricem, omniū malorū Germanię facē & originē ac hęresū veterū instaurationē. **ORTHO.** Dixi. Et mecū sentient quicunq; superiores has disputationes legerint. In quibus clarè me tradidisse opinor, quantā religioni christiāne iacturam Lutherus inuexerit. Quid enim docet nisi impijssima, contendēs solam fidē iustificare & saluare, Deū non curare bona nostra opera, si modo adsit fides, & tam diuitem esse hominem christianum vt nullum peccatum eum damnet, modò credat aut cogitet se baptizatum?

PHILOMATHES Quid Zuuinglio respondebis qui solos infideles malos appellat, propterea quòd operum bonorum non egemus apud Deum sed apud homines tantum?

M iij

Ortho

DOCTRINA LUTHERI

ORTDOXVS Ioannes Eckius author est in replica contra Bucerum, Zvinglium, ista non è propria pharetra deprompsisse, sed Luthero vsum præceptore. Zvinglij verba sunt hæc, Deus inquit ita ordinavit vt nullum sit peccatū nisi incredulitas, & nulla iustitia nisi fides. Vbi quæso hanc Dei ordinationem inuenisti? sub scamno vbi diu latuit Lutheri euangelium? Si vera prædicas sequitur, iustos esse fornicatores, adulteros, raptores &c. De quibus Paul^o. *Nolite errare neq; fornicatores neq; idolis seruiētes, neq; adulteri neq; molles, neq; masculorum concubitores neq; fures neque auari neque ebriosi, neque maledici neq; rapaces regnum Dei possidebunt: Tantum abest vt iusti appellari debeant. Quis aurem præbebit huic Lutheranorum doctrinæ, & peccare metuet, aut virtutes sectari conabitur?*

PHILOMATHES Sed obsecro, quas sepultas hæreses eruit Lutherus?

ORTHODOXVS Berengarius aliquādo malè sensit de sacramento Eucharistiæ, dicēs, non ibi verū esse Christi corpus & sanguinē, sed figurā tantū. Palinodiā aut cecinit Romæ in concilio 113. episcoporum: Negant Pigardi transubstantiationem in eodem sacramento Berengarij, errorē amplexati sunt Ioan. Vvicleff,

cleff, Ioannes Hus, & Hieronymys de Plaga, & nostro æuo Ioannes Oecolampadius, contra quem scripsit Lutherus. Negans autem ibi transsubstantiationē cum Pigardis, dicit manere post cōsecrationē panem & vinum cum Christi corpore. Posteaquā verò diabolo præceptore vsus est, negauit ibi Christi verū esse corpus, sed merū panem esse aut vinum.

Ne autem videretur fautor esse Pigardorum, concessit esse Purgatorium, & in scripturis inueniri. Factus autem Ecclesiæ publicus hostis, negauit cum Vvaldensibus Purgatorium esse ignem post hanc vitam. Cum Manichæis negat liberum arbitrium. Et cum Petro Abbalardo dicit ōnia absoluta necessitate euenire, Et cum Vvicleuo dicit liberum arbitrium magis pati quā agere, Confessionem auricularem post contritionem omnium mortalium necessariam negat ex Vvicleuo cum Vvaldensibus. Vota irritat ex doctrina Lamperianorum & Vvicleuistarum. Iurisdictionem Ecclesiasticam explodere conatur cum Vvicleuo. Iouinianus matrimonium æquat virginitati, Lutherus præfert. Iouinianus inter abstinentiam & ciborum sumptionem cum gratiarum actione, nullam facit distantiam, hoc amplexatur & Lutherus. Vigilantius sanctorum reliquias doluit argen-

DOCTRINA LUTHERI

reis cōcludi thecis, aut sericis inuolui. Noluit quoq; sanctos inuocari. Seminarium libidinis asseruit pudicitiae votum. Quid horū non asserit Lutherus? Iouinianus in cœlo omnium vnā dixit remunerationem. Et Lutherus in epithalamio dicit, coram Deo omnia equiualent, nec vlla est distantia personarum, nec vllum meritum omnium, Sed solummodo equalis fides in omnibus & per omnia. Dei & sanctorū imagines censuerunt delēdas Thaborite & Vvaldenses. Hoc Lutherus docuit, & sui opere executi sunt. Cōfirmationem & extremā vnctionē sacramenta esse negāt Vvaldeñ. Et Lutherus eis subscribit. In canonicis horis frustra teri tēpus autumant Vvaldenses. Cōsentit in hoc Lutherus. Ieiunia ab ecclesia instituta, & abstinētias, reijciunt pauperes de Lugduno. Eos sequitur & Luthe. Tēpla monasteria & altaria demoliti sūt & diripuerūt thaborite. Hoc ipsū fecit doctrina Lutheri. Vt autē inter hæresiarchas annumerari posset, nouos ac inauditos errores ipse peperit, asserens ōne opus etiā optimè factū peccatū esse saltē veniale. Iustū in omni ope etiā bono peccare. Ad dignā sacratissime Eucharistię sumptionē nō discutiedā cōscientiā de peccato, sed de fide examinādā. Huic Lutheri errori cōtradicit Paulus. Probet autē seipsum homo, inquit, & sic de

de pane illo edat. Quis Christianus sine fide accedit? Sunt namque & alia quæ indignum reddunt sumentē, vt ad iudiciū manducet.

Doctrina Lutheranorum rapinā suadet.

CAP. XXXIII.

PHILOMATHES Stolidus ego Lutheri doctrinā ex Euangelio Christi dimanasse hactenus credidi. Sed vt video cum illo ex diametro certat.

ORTHOD. Christi Euāgelium docet obesse nemini, benefacere etiā inimicis, propria largiri pauperibus, aliena non expetere. Lutheri autē doctrina à furtis, rapinis, incendiis nō est aliena. In comitijs imperialibus Spiræ celebratis, An. 1526. duo libelli exigui sanè si paginas computes, sed si blasphemias ac virulentias numeres, magni: Vnus de destructione Hierusalem titulum præferebat, qui erat Lutheri: alter ascribebatur ficto thesaurario, vt eo commēto suspectus redderetur Regis Romanorū Ferdinādi, vir sanè catholicus thesaurarius. Ac inter alia nepharia hæc ibi legebatur: Egetis fortasse pecunia Germani, in Reipublicę vsus necessaria. Ex vobis maximū thesaurum ostendo, finite monachos & monachas, si qui velint liberè abire, & victū laborādo quærere: Eos verò quibus in suis fornicib⁹ deli-

DOCTRINA LVTHERAN.

delitescere lubet, frugaliter alite, & ne quis huiuscemodi ignauum vitæ genus posthac sectetur cauetote. Tum quicquid opum illis superest in necessarios pauperum reipublice vsusque vestros vertite. Experiemini proculdubio intra paucos menses, quot centena aureorum millia vnus exiguè ditionis vestræ monachi, & id genus homines possideât. Neque hoc meum consilium quispiam aut seditiosum aut impiū iudicet, tam enim pium esse (si opus foret) ostendere possem, vt planè impij censendi sint principes, qui hoc nō exequantur. Malintq; ab agricolis, vinitoribus, opificibus, ciuibus, alijsque sibi subiectis tributa extorquere: quàm reipublice suaque ipsorum bona à malefidei possessoribus non auferre. Mirificè etiam laudat Lutherus eos qui collegijs, monasterijs, ecclesijsq; debitos census, redditusq;, ac decimas denegant, adimunt, alienant, aut rapiunt, vt tradit Cocleus in libello edito contra calūnias, archiepiscopo, & capitulo Maguntino obiectas.

Absente Luthero in pathmo sua conficta Andreas Carolstadius archidiaconus Vvit-tenbergeñ re exequutus est quod Lutherus verbo docuerat, seuiens in imagines, & priscum missæ ritum. Thomas autem Munce-
 rus presbyter qui vxorem duxerat maiori ve
 sania

fania quàm Carolstadius sæuire cœpit nõ so-
 lum in imagines sanctorum (fortè lubricas re-
 liquit intactas) verùm ipsa templa, altaria, &
 monasteria diruere, sacramenta penitus abo-
 lere, episcopos, monachos, presbyteros, atq;
 principibus, omnem gubernandi potestatem
 eripere conabatur, populum vndique concitans
 in clerum, ac tandem in principes. Pulsus
 propter impios conatus è varijs locis, tandem
 peruenit Mulhusen oppidum imperiale Tu-
 ringiæ. Ibi atque in pagis vicinis tam ciues
 quàm rusticos, ad nephandissimas cõcionan-
 do traxit impietates, adeo vt abolerent omnẽ
 diuinum cultum, eijcerent clericos & mo-
 nachos, spoliarent templa & monasteria, i-
 mages diffringerent, conculcarent sacra-
 menta, aliaque id genus multa committerent
 dictu nephanda. Nec his facinoribus conten-
 ti & sacrilegijs, processerunt vltra ad oppri-
 mendas potestates seculares, ad rapienda bo-
 na aliena, ad subiugandos sibi principes, ad
 opprimendos nobiles, ad diruendas arces &c.

Multa tunc milia rusticorum insurrexe-
 rūt in Sueuia, multa in Alsatia, multa in Fran-
 conia, multa in ripa Rheni, multa in Turin-
 gia. Et profligato vno cuneo, mox obijcieba-
 tur alius. Miserabilis tunc Germaniæ superio-
 ris facies, nam intra vnum mensem mayum
 maio

DOCTRINA LVTHERAN.

maiores cædes, clades & vastitates passa est superior Germania, quàm decennali bellum à gallis tum ab Hispanis, passa sit Italia. Scribit Dominus Conradus Vvimpina in vna Franconia deuastata esse monasteria & arces. 293. Vnus lotharingiæ Dux Anthonius in vna Alfatia supra 26. milia rusticorum occidit. Quot autem peremit liga sueuica, Quot elector Palatinus, Quot marchio casymirus. Quot alij, incertum est. Præuauerunt enim rustici omnibus donec principes Georgius Dux Saxoniae, Philippus Landgravius Hasiæ cum alijs coniunctis principibus coadunarent exercitum, quo facile fuit vincere rusticos inermes, rei militaris ignaros, & sine ordine proruentes. Similiter Bernenses demoliti sunt altaria, imagines confregerunt, missas penitus aboleuerunt, exequias, anniuersaria memorias defunctorum, dedicationes templorum, habitus monachorum, vsus sacrarum vestium, dies ieiuniorum, festa sanctorum eliminauerunt. Et nouas nuptias sacerdotibus monachis & monialibus concesserunt. Hoc quoque imitatae sunt quatuor imperiales ciuitates Argentinensis, Constantien Memmingen, & Lindamensis, negantes veritatem corporis Christi cum Zvvinglio & Oecolampadio. Hi sunt speciosi

speciosi fructus euangelij tui Luthere. Questi estis aliquando Germani vobiscum etiam Staupitius indulgentiarum prætextu expilatam Germaniam. Vocentur æqui arbitri, non dubito quin asseueraturi sint, centuplo eam magis exhaustam, expoliatamque suis opibus, Lutheri pernitiōsa doctrina, quàm indulgentijs. In mentem veniat quàm ante Lutherum exortum Germani intus forisque floruerint, quàm hostibus fuerint formidabiles, quàm pecorum opumque diuites, quàm denique domestica virtute omnibus amabiles fuere, iam verò exhausti sunt diuitijs, viribus, potentia, & gloria.

PHILOMATHES Displicuit Germanis in clero scæda dilapidatio patrimonij Christi. Nam quæ bene ministrantium ac pauperum debent esse stipendia, meretrices & lenones decoxere: Aues & canes magis ex eis alebantur quàm pauperes, interim diuina negligebantur, ne dicam atrocius contenebantur, vita delicatos ac molles magis quàm clericos exprimebat. Quis hæc cerneret æquis oculis.

ORTHOD. Vitam aut acta aliquorum illaudata non probo. Neque omnes credo eiusmodi esse aut fuisse. Loth iustus in Sodomis inuentus est. Et Abraham inter Chanaanos. Si quorundam vita reprehensibilis erat
summis

DOCTRINA LVTHERAN.

summis viribus adnitendum erat vt emen-
 daretur. Sed dum mederi te iactitas, plagam
facis Luthere immedicabilem, conculcans &
diruens omnia, nihilque distinguens. Si mo-
 nachis aut sacerdotibus non licuit habere tam
opulenta stipendia, Vndè tibi raptori licet
habere? permitte equum iudicium, vtrius iu-
stior est possessio raptoris an prius possiden-
tis? Propter Deum fundata sunt. Propter
 quem tu diripis & possides? Dicis eos nihil
 piè propter ea fecisse. Quid piè propter ea tu
 facis? Per ea (te iudice) peccauerunt delitijs
 vacâtes. Non omnes, Tu verò ad quid aliud
 usurpas bona opulentarum abbatiarum seu
 collegiorum, quàm ad mundanam pompam,
 & voluptatem? An non erant illi multo mi-
 sericordiores, benignioresque erga suos sub-
 ditos, erga peregrinos, erga omnis generis
 pauperes, quàm nunc vos noui monachi aut
 ecclesiastici? An non plus commodi habuit
 plebs è monasterijs antea, quàm modò? An
 non multi agricolæ ibi solamen habebant &
 refugium in suis necessitatibus magis quàm
 nunc habeant?

DE

De seditionibus ex Lutheri doctrina subortis.

CAP. XXXIII.

PHILOMATHES Christus vt semper fuerit pacis amantissimus, immo & pax nostra qui fecit vtraque vnum, multa fecit & docuit ad enutriendam beneuolentiam mutuam. Huc spectat quod ait, Non resistere malo. Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram &c. matth. 5.
Luc. 6.
Hoc nostri pro sua virili imitatur, etiam animas ponentes pro fratribus suis.

ORTHODOXVS Nihil minus effecit Lutheri euangelium, Ipse Hieronymus emserus ex quàm pluribus ipsius Lutheri libris deduxit eum omnium seditionum Germaniæ fuisse authorem. Et tam lucidè quòd hactenus diluere nemo attentauerit. Fecit enim Lutherus perinde atque Iudas. Hic pacis osculo tradidit Christum. Et Lutherus sub specie euangelij præcipitat in seditiones & rebellionem Germaniam, ciuitatem vnã contra aliam, gentem aduersus gentem, plebem cõtra senatum, populum aduersus principes, principes aduersus imperatorem, omnes aduersus papã & clerũ. Nõne è Lutheri doctrina natus est tumultus Thomæ Munceri qui aliquot milibus rusticorum stipatus Turingiam, Sueuiam, Ollatiam peruagates, cœnobias eccle-

N sias,

DE SEDITIO. EX LVTHE.

54
6

fias, immo & arces demoliti sunt. Donec re-
presserit eos illustrissimus Dux Saxoniae Ge-
orgius cum alijs principibus, vt habitum est
cap. superiore. Nec prætereundū est quàm
seditiosè scripsit Lutherus cōtra Romanum
pontificem, Christi in terris vicarium. Qui
habet, inquit aures audiēdi, audiat: & à Tur-
cico bello abstineat, donec nomen Papæ sub
cœlo valet. Ad Carolum autem quintum
tum Cæsarem electum scripsit quandam ec-
clesiæ reformationem (verius dixerim era-
dicationem) in qua post Romanæ curiæ re-
censitas pōpas & abusus, omniū animos in o-
diū Ro. pōtificis prouocare conatus est. Po-
testati inquit Papali nequaquā obtēperādum
est, sed resistendū corpore, substantia, ac cun-
ctis quibus possumus viribus. Euigilemus igitur
ō chari Theutones, ne rei pariter efficiamur
omniū infeliciū animarum, quæ pereunt
per istud sceleratū ac diabolicū regimē Rom.

Acrius adhuc inuectus est in bullam Leo-
nis decimi: Ad quid (inquit) conducit corpo-
raliter prohibere Turcam? Quid mali facit
Turca? Occupat prouincias, & gubernat tē-
poraliter: at hoc ipsum à papa nos quoq; pati
oportet, qui & corpus & vitam nobis excoriat,
quod Turca nō facit. Permittit enim Tur-
ca vnumquemq; in sua fide permanere, quod
papa

papa non facit, Sed cogit vniuersum mundum à fide Christi ad sua diabolica mendacia, vt regimen papæ in corpore bonis & anima decies nimirum sit peius quàm Turcæ. Et si Turcam expugnare velimus, à papa nobis incipiendum erit. At in libro aduersus falso nominatum ecclesiasticorum statum intitulatum sic habet. Quicumque opem ferunt, corpus, bona, & famam, in hoc impendunt, vt episcopatus deuaſtentur, & episcoporum regimen extingatur: hi sunt dilecti filij Dei, & veri Christiani, obseruâtes præcepta Dei, & repugnâtes ordinationibus diaboli: Cõtrà verò quicumque manu tenent episcoporum regimen, eisque obediunt, hi sunt diaboli ministri, & repugnant legi Dei, & eius ordinationi. Causam licet falsam scribit in li. cõtra regem Angliæ, tandẽ inquit, compertũ est Papatum episcopatus, collegia, monasteria, academias simul cũ omni sacerdotio, monachatu, monialatu, missis, cultibusque Dei meras esse sectas damnatas diaboli. Animaduertent aliquando archiepiscopus Maguntinus in quosdam pertinaces hereticos quos ne alijs forent contagio, exilio relegauit. Mox Lutherus arrepto calamo sic scripsit. Si ciues Hallenses & subditi archiepiscopum Cardinalẽ expellerẽt, aut interficerent iustè agerent. Quid omnia

DE SEDITIO. EX LVTHE.

ista spirant nisi flammam seditionum rebellionumque in clerum ?

PHILOMATHES Omnem obedientiam & subiectionem exhiberi Imperatori vult Lutherus, secundum doctrinam Pauli dicentis.
Rom. 13. Nō est potestas nisi à Deo. Qui igitur potestati resistit Dei ordinationi resistit.

ORTHODOXVS Aliud loquitur liber quē Admonitionem ad suos Germanos vocat. In quo nil aliud re ipsa quærit quā ut insidiosis dolis mendacijs, clamoribus atque præstigijs faciat Germanos à Cæsare deficere, & omnibus potestatibus rebellare. Nec veretur mendacium Cæsari inurere quasi fidem publicam, & saluum conductum ei violauerit.

Dum Augustæ comitia imperialia celebrarentur anno. 1530. Lutherus edidit epistolam scribens ad archiepiscopum Maguntinum Cardinalē, interpretans Psal. illum Quare fremuerunt gentes, non secus quā si principes Augustam convenissent aduersus Christum & eius euangelium, vt Cæsarem Germanis & episcopos plebi ac nobilitati odiosos redderet. Edidit etiam de bello in Turcas, vbi sic habet, Cæsar nō est caput Christianitatis, neque defensor euangelij aut fidei. Oportet sanè ecclesiam fidemque alium habere defensorem quā Cæsar & reges sunt. Isti fermè sunt pessimi

simi hostes Christianitatis & fidei. Hoc dixit
 proculdubio sentiens Imperatorem tam fidei
 quàm Lutheri euangelio non fautorem sed
 hostem . Nam ambo cum euangelio Christi
 pugnât. Doluit enim imperatorem suis rebus
 nolle studere. In eodem libro deterret o-
 mnes à bello Turcico, Deus inquit nobiscum
 nō est ad bellandū cōtra Turcam . Quia per
 eum Deus visitat peccata nostra . Et diabo-
 lus omnes conuentus imperiales impedit,
 donec Turca oportuno tēpore Germaniam
 disperdat. Vanissimum quoq; edidit libel-
 lū de seculari potestate, vbi tanquam glorio-
 sus Thraso suas glorias & virtutes iactat, ac
 se præfert Augustino & Ambrosio, qui de re-
 publica bene scripserunt. Libellus si exactius
 excutiatur, seditionis tumultusque inuenie-
 tur refertissimus : in quo inter cætera sic ait,
 Seculares Domini deberent prouincias gu-
 bernare extrinsecus. Hoc omittunt, non plus
 scientes quàm excoriare, ac deglutire, vnum
 vectigal super aliud, vnum tributum super a-
 liud imponere, hīc vrsū, illic lupum emitte-
 re. Agunt itaque peius quàm prædones ac
 nebulones agant : & seculare eorum regimen
 tam profundè iacet, quàm iacet ecclesiasti-
 corum tyrannorum regimen: & Turca deci-
 es & prudentior & probior est Principibus

DE SEDITIO. EX LVTHE.

nostris. Ut autem rempublicam omnem
prorsus à fundamentis euertat, in captiuitate
sua Babilonica dicit tam liberum esse homi-
nem christianum, vt neque Papa, neque Im-
perator, neque vllus hominum habeat ius v-
nius syllabæ constituendæ super christianum
hominem, nisi id fiat eiusdem consensu. Hoc
enim foret, vt ait, hominum seruos fieri, & ty-
rannicis legibus subijci. In epistola etiam
quam appellauit Fidelē admonitionē sic scri-
psit. Doce, loquere, scribe, & prædica, quo-
modo leges humanæ nihil sunt. Verba tua
Luthere non nisi seditiones cōcitant prætex-
tu euangelij pacis. Meminisse debueras illius
Pauli, Omnis anima potestatibus sublimiori-
bus subdita sit. Non est potestas nisi à Deo.
Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.
Qui autē resistunt, ipsi sibi damnationem ac-
quirunt. Idem ait Tito discipulo suo. Ad-
mone principibus & potestatibus subditos
esse, dicto obedire, ad omne opus bonum pa-
ratos esse. Et ad Hebræos. Obedite præposi-
tis vestris, & subiaccete eis, Ipsi enim peruiigi-
lant quasi rationem reddituri pro vobis.

Hæc qui legerit, mirari desinet opinor, cur
Lutherum quidam facem & originem ma-
lorum omnium quæ per Germaniam ali-
quot iam annis grassata sunt, vocare volue-
rint.

Rom. 13.

Tit. 3.

Heb. 13.

rint. Quante seditioes, quantæ cædes, quantæ bonorum direptiones, quanta omnium rerum perturbatio, quantæ rebelliones, quanta pietatis ruina, quanta denique pudicitia, verecundia, & honestatis euersio excitata sit ex doctrina Lutheri, quis verbis consequi poterit? Vbi est gloriatio tua Luthere? ~~Nihil in ecclesia nisi malum abrogauimus.~~

Quod bonum est seruauius. Ieiunium, oratio, abstinentia, cultus Dei externus, laus Dei, ordo hierarchicus in ecclesia, regum & principum iusta dominia, tuo ne iudicio mala sunt? Ipsa enim abrogasti. Inobedientia superiorum, cædes, rapina, seditioes, tumultus, ~~saecrorum prophanatio, abolitio sacramentorum, Germaniæ, Angliæ, ne dicam totius Europe perturbatio, eliminatio pudicitia, orationis, ieiunij, & abstinentia, votorum Deo emissorum violatio, legitimi matrimonij separatio, hæc ne æstimas bona que reseruasti? Verè excæcauit te malitia tua.~~

Scripturæ per quas hæc tua probas, sunt maleuolentia tua in papâ, in clerum, & in omnes tibi non consentientes, mendacia, calumnie, conuitia, detractiones & susurria arma sunt quibus congregaberis & pugnas.

DE MENDACIIS

De mendacijs Lutheri. CAP. XXXV.

PHILOMATHES Summa ne est iniuria virū Euangelicū accusare mendacij. **ORTHOD.** Euangelicus vir, de schola Christi (qui est ipsa veritas) veretur & horret mendacium: Discipulus autē Sathanæ (qui mendax, & pater mendacij) mendacium pro crimine non habet: vanitas enim, dolus, simulatio, & mendacium, arma sunt Lutheri, quibus tonat, territat orbem. His fretus non modò summum Pontificem, verū & Imperatorem quoque laceſſere audeat, ac alios Principes. Sit hoc primò gratia exempli: Augustę coram Cardinali tit. S. Sixti, Legato, An. 1518. hanc legit ex scheda protestationem. Ego frater Martinus Luther Augustinianus protestor me colere & sequi sanctam Romanam ecclesiam, in omnibus meis dictis & factis, præteritis, præsentibus, & futuris. Quòd si quid contra vel aliter dictum fuit vel fuerit, pro non dicto haberi & habere volo. Hac protestatione multis propalata eos præstigiavit, vt verum dixisse Lutherum æstimauerint. Quàm verò simulata fuerit, docet eius acta. Nam admonente legato vt ad cor rediret, erratus suos reuocaret, & promitteret in futurum ab eisdem abstinere, ac ab omnibus

mnibus quæ ecclesiam perturbarent, dixit
 se non esse sibi conscium aliquid dixisse, quod
 sit contra sacram scripturam, contra ecclesias
 sticos patres, contra decretales pontificum,
 aut contra rectam rationem, aut in aliquo er-
 rasse. Deinde multa corrasit argumenta con-
 tra Euagantem Clementi. 6. de indulgentijs,
 contra authoritatem decretalium Romano.
 pontificum, contra merita sanctorum, contra
 bonorum operum merita, de sola fide fastuo-
 sè contendens. Deinde à legato ad Papam ap-
 pellauit, vocatus ad Papam venire recusauit,
 etiam dato saluo conductu. Audis dolosam
 sui submissionem. Nam censturæ recusat pare-
re. Submisit se præterea (hominem sese
 agnoscens qui errare possit) yniuerſitatum
insignium doctoribus, Basilienſis, Friburgen-
ſis, Louaniensis, ac Parisiensis. Qui vt eius
 scripta damnarunt in eos ferociter debaccha-
 tus est: vt habes cap. 23. Misit etiam protesta-
 tionem ad Leonem papam decimum, in qua
 deferebat non solum sacris literis, verùm e-
tiam sacris canonibus, decretalibusque pon-
tificijs, & ecclesiasticis patribus, sed & suo-
rum superiorum iudicium in omnibus vo-
lebat habere saluum. Verùm est mentita in-
 iquitas sibi. Nam in comitijs imperialibus
 Vvormacię comparens dixit. Neque papæ

DE MENDACIIS

neque consilijs solis credo : cū constet eos & errasse sepius, & sibijspsis cōtradixisse. Ac in eā tandē venit arrogantia, vt angeli etiam recusaret censurā, qui dixit sese omniū pariturū iudicio superiorum . Placebit mi Philomathes insigne eius audire mendacium, ait in latino cōtra regē Anglię, à virulentia & mendacijs semper abstinui : quibus liber regis est refertissimus . In theutonico autē lib. (duos enim contra regem cōscripsit libellos) Ego inquit, circumcirca dimicauī, at nullus adhuc vtique me vllius mendacij arguere potest, huic insigni mendacio Thomas Murnerus insignem appinxit coronam, quasi mēdaciōrum illustrissimum . Nam ipse Thomas in vno ipsius ædito contra regem libello enumerauit & conuicit Lutheri mendacia quinquaginta. Et Ioannes Diätenbergius in duabus duntaxat confutationibus, quas in eum de votis & de confessione scripsit, arguit eum & conuicit. 874. mendaciōrum, præter alia & innumera, quæ alijs in responsionibus suis illi non falso nec iniuste imputauit .

PHILO. Quis credidisset Lutherum vquam tot mendaciōrum consciū sibi fuisse?

ORTHO. Erubescere non nouerunt heretici, etiam si euincantur, æstimāt enim se à nemine propter suos dolos deprehendendos. Ipsum

sum quoq; Cæsare apertissimo mendacio in-
uisum reddere non est reueritus . In libro e-
nim contra regem Angliæ sic scripsit . Deni-
que Vvormaciam ingressus sum, etiã cum sci-
rem mihi violatam esse à Cæsare fidem publi-
cam . O insigne mendacium , Nonne Impe-
rator fide publica dedit tibi saluum conductũ
veniendi Vvormaciam, ea lege vt in via nul-
lam haberes ad populũ concionẽ? Quam le-
gem prætergressus prædicasti dominica Qua-
simodo Erfordix perniciosum sermonẽ. Cum
verò esses Vvormacie, immodestia tuã & pro-
teruiam quã patienter tulerit Imperator, cõ-
scientia tua testis est: vt autẽ promissis suis sta-
ret fidelis Cæsar, vbi vidit hominem per pias
admonitiones semper magis ac magis pertina-
cem fieri, facultatẽ ei cõcessit vt ad securitatẽ
suam rediret. Redditus ei est Sturnus caduce-
ator & fecialis Cæsaris cum comitibus suis è
Vvormacia, vt tutò perduceret eũ quò vellet
Quãuis verò mandasset illi imperator ne in
itinere concionaretur, contemptor manda-
ti prædicauit in oppido Isennach. Scripsit in-
terea blandas literas, ad cõciliandum quidem
sibi fauorem, Cæsari autem & clericis odium
populare, quæ epistola confestim typis excusa
dispersa est in vulgus. Conquestus est autem
quod obtinere non valuerit vt verbum Dei

(hoc

DE MENDACIIS

(hoc est pernitiōsa sua doctrina) esset liberum sed ligatum: Vt autem Friburgum aduenerat remisit caduceatorem seu fecialem cæsaris, tertio itineris die quo & epistolam ipsam scripserat. Posteaquàm verò venisset Isennacum principis & sui protectoris oppidum, ibique publicè contra Cæsaris mandatum prædicasset in die inuentionis crucis, Paululum ab oppido egressus occultissimo interceptus est concilio ab amicis sub specie hostili. Et mox longè latèq; dispersa est fama Lutherum esse captum, sibiq; violatam fidem publicam, & fractum saluum conductum. Tam secretum erat illud malignitatis consilium, vt etiam comites itineris ignorarent, & putarent illū verè & hostiliter captum & abductum. Mittebatur cursores qui ore & literis nunciarent per vrbes Germaniæ, quàm crudeliter Lutherus captus sit, vinctus tam atrociter vt sanguis à digitis efflueret, vt sic abductus, aliq; grauissima superaddita sunt mendacia, adeo vt nihil certius quàm grauis & cruenta contra Cæsarem & omnem clerum (cuius consilio hæc agebantur vt Lutherani susurrabant) expectaretur seditio, non modo in populo, sed etiam inter principes: donec re certius comperta intelligeretur figmentum esse nequitiae. Ab illis autem suis amicis, qui sub specie hostili

eum

eum interceperant ductus est in oppidum Turingiæ nomine Alstat, ac ibi securus delituit mensibus sex. Ibiq; ædidi libros pernitiosissimos, vnum de secreta confessione ad Franciscum de Sicking, alterum contra Iacobum Lathomum doctorem Louaniensem, alium ad fratres suos Augustinianos de abroganda missa priuata, Et quartum de votis monasticis. Equè insigne mendacium non est reueritus euomere non tam in Imperatorem quàm in omnes imperij status & principes, Cùm enim hi decreuissent Augustæ permanendum esse in antiqua fide ac religione patrum, nihilq; innouandum aut mutandum ante generalis concilij determinatiõem, fecit Lutherus libellum quẽ appellauit glosam in præsentum edictum imperiale. In quo vult omnibus persuasum esse confictum fuisse sub nomine Cæsaris præfatum edictum, nõ obstante quòd ipsi decreto subscripserint per se vel per suos oratores. Cæsar ipse, quinque electores, principes alij, Ecclesiastici. 30. seculares verò 23. Abbates. 22. Comites & Barones. 32. Ciuitates deniq; liberæ & Imperiales. 39. plenūque robur addiderunt, appensis sigillis tum ipsius Cæsariæ Maiest. tum quorundã electorũ aliorumq; principũ & dominorũ. Quid erit à detibus tuis liberũ Luthere si confictũ censes, quod

DE MENDACIIS

quod tot sigillis, tot subscriptionibus munitum est? Non minori mendacio cōmendatam reddere præsumpsisti doctrinam tuam, dicēs eam Augustæ inuentam esse verum euangelium & sacram scripturam. Sed valeat Lutherus dolis ac mendacijs vndique suffarcinatus, ad illius complices me confero. Primus tanquam antesignanus aliorum occurrit Otto Pack ducis Saxoniae Georgij cancellarius, occultus Lutheranus. Hic excogitato sceleratissimo commento effinxit formulam cuiusdam foederis sub nomine quorundam principum catholicorum, Ferdinandi regis Bohemiae, & Caesareꝝ Maiest. locumtenentis, Alberti sancte Roma. ecclesiae Cardinalis, archiepiscopi Maguntini, amborum Marchionum Brandeburgensium: Vvilhelmi & Ludouici fratrum ducum Bauariae ac aliorum: quasi hi sibi confederati arma pararēt aduersus electorem Ioannem ducem Saxoniae, & Philippum Hafsiae Lātgrauium, quia hi sacramenta prophanauerunt, templa & monasteria diripuerunt & deuastauerunt, missam non solum aboleuerunt, verum etiam ipsum sacrificium idololatriae ascripserunt. Viso ducis Georgij sigillo per cancellarium Ottonem dolosè appositum, confestim hi duo principes crediderunt. Communicatoque Consilio magnum

gnum exercitum coadunauerūt . Voluit autem Lantgravius ante congressum præmonere cognatum suum Ducem Georgium , vt recederet à præfato fœdere . Miratur Dux, Non enim erat sibi conscius alicuius fœderis initi, ac tandem efficaciter docuit nunquàm hoc inter principes initum fuisse fœdus , hoc fecere & alij principes. Excusatio verò archiepiscopi non admittebatur , donec militibus conductis magnam numeraret pecuniæ summam. Actor verò conficti fœderis, pœnas sceleris suo dedit: Lutherus verò ne ab hoc scelere esset immunis , scripsit ad Vvincilaum fratrem suum Augustinianum, præfatum fœdus non fictum , sed verum fuisse . Dominus Ioannes Faber episcopus Viennensis ex libris Zvvinglij multa recitauit & redarguit partim tanquàm sibi contraria , partim tanquàm fidei aduersa , & secundum se impia & absurda . Recensuit item super centum quinquaginta mendacia ex scriptis Oecolampadij, quibus ille populum fallaciter decipiebat . En viros euangelicos , quanto intervallo absint à vero Christi euangelio , quod non nisi veritatem & pacem spirat .

Quàm

QVAM PRODIGIOSVM

Quàm prodigiosum monstrum sit Lutheranus.

CAP. XXXVI.

PHILOMATHES Satis superque de,
Lutheri scriptis ac opinionibus egimus
hactenus. Sed nosse exopto quid senti-
as de homine qui Lutheranum dogma
amplectitur.

ORTHO. Monstrum horrendum, informe
ingens cui lumen ademptum, qualem fingit
Polyphemum fuisse Virgilius. 3. æneidos, aut
Chymerã de qua Ovidius 6. methamorphose
os, vel certè quale graphicè depingit Horati-
us de arte Poëtica his verbis. Humano capiti
cervicem pictor equinam, iungere si velit,
& varias inducere plumas. Vndiq; collatis
membris, vt turpiter atrũ Desinat in piscem
mulier formosa supernè. Spectatum admisi-
sum teneatis amici. Breuiter nihil homi-
ne Lutherano prodigiosius fingi potest. Est
enim is homo cæcus, fidelis, brutalis, christia-
nus, mahumetistis, tartaricus, paganus, iu-
dæus, græcus, secularis, & ecclesiasticus, ex-
lex, omnibus indigens, & sibi sufficiens, arro-
gans omnia, nullum Deo externum cultum
exhibens, ad potiora non aspirans, impudi-
citiæ effrenis, virtutibus vacuus, iniquitati-
bus plenus, pallio mendaciorũ circũ amictus.

Philo.

MONSTRVM SIT LVTHE. 97

PHILOMATHES Exhorreo totus tremoque voluens mecum monstri huius simulacrum. Sed obsecro mi preceptor ediffere nobis huius monstri condiciones.

ORTHODOXVS Hominem dixi, vix homine dignum, neque bruto absimilem, agnoscit se hominem ad beatitudinem capescendam creatum, denegat tamen sibi libertatem arbitrij quo ab alijs animantibus fecernitur, omnia ex necessitate sibi asserens euenire, & in operibus suis se non agere, magis autem pati, & hoc brutorum est. Mahumetistam, christianum, Tartaricum huiusmodi hominem dixi, vult enim Luther⁹ vt liberè credat quilibet quod vult, Ecclesiasticum & secularem, dixi hoc monstrum. Dicit Luther quemlibet christianum in baptisate factum Papam, episcopum, sacerdotem & cæ. Et secularis efficitur dum vult ex monacho vel sacerdote. Exlex dicitur quia viuere vult sine lege humana, cui aliquid præscribere non potest præter suam voluntatem, nec Papa nec Imperator nec Rex, minus quiuis alius, vt sint quales fuerunt apud Iudæos filij gemini, hoc est sine iugo. Sufficiens sibi videtur Lutheranus, ideo superuacancam censet orationem, cum teste Paulo nõ simus sufficiens ex nobis cogitare aliquid minus autem operari, & sic omnibus indigemus.

1. Cor. 13

O Quam-

QVAM PRODIGIOSVM

Quamobrem ratio dicit Deum orandum. Is etiam nullum externum cultum curat Deo offerre, contra omnes etiam Barbaricas gentes. Ad potiora non conatur, quia nullum credit meritum, censens omnia equa mercede compensari. Et iniustum facit Deum qui dispar meritum vna mercede compensat. Effrenis est libidine qui tam necessariam dicit viri mulierisque commixtionem, quam cibum potum aut somnum. Vacuus est virtutibus qui asserit Deum opera nostra non curare, plenus est iniquitate, nam aestimat nullum peccatum hominem posse damnare nisi infidelitatem, sicque nullum facinus horrescit. Pallio circumdatus est mendaciorum, quibus sibi videtur victor & quietus quietis impatiens, concordie inimicus, bilinguis, seditiosus, alienarum rerum predator.

PHILOMATHES Quis locus tandem huiusmodi hominem recipiet, adepturus ne est caelestis regni societatem.

ORTHODOXVS Ad hoc creatus & redemptus est Christi sanguine, nisi indignum se reddat improba vita. Inquirit David dicens. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Respondet ipse idem. Qui ingreditur sine macula & operatur iustitiam. Qui loquitur veritatem in corde, qui non egit dolum in lingua sua

MONSTRVM SIT LVTHE. 98

gua sua. Huiusmodi nō est Lutheranus. Sed quo orbem turbat Iouem sede sua (quòd aggressi sunt olim Titāes) deijcere tentaret, & quietissimum illius monarchiæ statum cōmoueret si posset, qui est impudicus, commestator, apostata, mendax, fidefragus, raptor, seditiosus, calumniator &cæ. Igitur partem non habet in regno Dei & Christi. Pars autem eius erit secundum opera eius in stagno arden-
Apoca. 218
ti igne & sulphure, vbi nullus ordo sed semperpiternus horror inhabitat. Redite itaq; preuaricatores ad cor, ne euolet tempus penitentia, quo nihil preciosius datum est vobis.

Vnde Luthero tot sectatores.

CAP. XXXVII.

PHILOMATHES Gaudeo mirum in modum, quòd congressum tuum non vitauerim. Nam omnia que dudū perplexum me reddiderant clarè diluisti. Vtinam talem confabulationem appetere heretici parati erudiri? Vnum tamē est quod animū meū conturbat. Si Lutheri doctrina tā impia est, quomodo inuenit sibi tam cupidos auditores, apertis vlnis eam doctrinam amplexātes?

ORTHO. Habuit olim Iouinianus multos sectatores, Contra quem Hieronymus li. 2. cap. 49. Ne glorieris inquit, quòd multos habeas discipulos. Filius enim Dei docuit

O ij

Iudæos

VNDE LVTHERO

Iudæos, & .xij. tantū Apostoli sequebātur eū. Quòd mali acquiescunt sententiæ tuæ iudicium voluptatis est. Nō enim tam te loquētem probāt, quā̄m suis vitijs fauent. Semper enim pseudoprophetæ dulcia pollicentur, & ad modicum placent. Amara est veritas, & qui eam prædicant replentur amaritudine. Et vt de cæteris fileam, Arrius nonne ferè totum orbem in suam traxit sententiam?

PHILOMATHES Hoc tamen demiror quibus fucis tot hominum varia ingenia immo & varijs morbis deditos in suam pellere valuit sectam.

ORTHODOXVS Pro me respōdet Tertullianus in lib. de præscripti. hæreticorum. Hæretici inquit apud eos multū valent, qui in fide non valent. In pugna pugilū & gladiatorum, plerumque non quia fortis est qui vicit, aut quia vinci non potest, sed quoniā ille qui victus est, nullis viribus fuit. Sic vincit imbecillis claudum, non quia fortis sed quia claudus resistere non valet. Quot putas hoc fūco delusos & dementatos? Quòd ait, Certò scio doctrinam meam de cælo me recepisse, Doctrina mea non nisi Christi est euangelium: Christus me vacillantem in doctrina confortauit: Certus sum quòd Deus pro suo euangelista me habeat & cognoscat. Alij, hominum
minum

minum doctrinas & statuta docent, ego non
 nisi Christi nudum euangelium. Quis inter
 pusillos hoc nouit discernere ex arrogantia
 an ex spiritu dixerit hæc? Neq; leuis fuit mo-
 menti vt aures vulgi sibi arrectas faceret Lu-
 therus, sacerdotum & monachorū vitam de-
 testabilem, & abusus ecclesiasticorum calum-
 niosè obtrudere conatus est. Laicis enim of-
 fensos clericos oppidò tradit antiquitas, pru-
 riunt enim secularium aures vt audiant mala
 ecclesiasticorum. Deinde quod sensui cuiusli-
 bet accommodum videret, liberè concessit.
 Sardanapalicis, delicias & voluptates corpo-
 ris permisit. Veneri deditis, viri & mulieris
 commixtionem tam necessariam prædicauit
 quàm cibum aut potum. Ventricolis, ieiunia,
 abstinentiam à carnibus, vel ab alijs cibis, ab
 ecclesia instituta, asseruit sacerdotum com-
 menta, & non obseruanda. Quid enim o-
 ciosis & ad opera virtutum torpentibus po-
 tuit dici plausibilis, quàm externa opera ef-
 se hypocrisim, & ea Deum non curare, eum-
 que cordis solum habere rationem? Quid
 monachis voti sui pertesis suauius afferri po-
 tuit quàm vota non obligare? In summa,
 quid optabilius pro securitate quàm nullum
 peccatum damnare hominem præter infide-
 litatem? Tam diuitem hominem Christianū

VNDE LVTHERO

vt non possit perire, nisi nolit credere. Et quòd sola fide iustificari possit. His plurimos pellexit. Vulgi sibi conciliauit gratiam, inueniens in principum tyrannidem & exactiones. Multis magnatum hoc placuit ac alijs inopibus, dum opes cœnobiorum prædæ ac rapinæ exponeret auferendas, tanquam ab iniustis possessoribus ac malè dilapidantibus. Mirus verò artifex erat Lutherus in animis hominum sibi conciliandis, dolis, mendacijsque blandicijs coram, clam verò morsibus, detractionibus nonnūquam famam denigrare conabatur. Etenim Lutherus abiturus Augusta scripsit ad Legatum Romani Pontificis Cardinalem sancti Sixti, blandissimè gratias agens pro exhibita in se clementia, commemorans, & extollens eius humanitatem & sapientiam. Qui cū vi agere potuisset, per Staupitium agere maluerit. Qui talis ac tantus sit in oculis suis, vt nullus sit in mundo cui libentius auscultet & consentiat: deinde culpam suam agnouit Lutherus nimie tum vehementiæ tum irreuerentiæ, veniamque petebat. Bonum autem virum nequiter lactabat & ludebat, Nam ad alios longè aliter scripsit, non solum priuatim sed & publicè virum illum grauissimè accusans, tyrannidis, superbiæ, infidelitatis, ignorantia, &cæ. Et quòd

quòd nullã syllabã ex sacris literis contra ipsum produxerit vnquã, nec possit etiã si vellet. Ad Leonem quoque decimum sic scripsit de eodem legato. Notum esse arbitror tibi quid mecum egerit Cardinalis sancti Sixti legatus tuus imprudens & infœlix imò infidelis &cæ. Ducem quoque Saxonix illustrissimum Georgium, verbis mellifluis circumvenire satagebat similiter. Venio nunc inquit & procido cû corde ad illustrissimę vestre clementix pedes, & oro quàm humillimè, vt illustris clementia vestra adhuc desistere dignetur, ab inclementi proposito ad persecundũ doctrinam meam. Quàmuis enim illust. clem. vestra non velit credere doctrinam meam esse verbum Dei, Cùm ego sciam & certus sim, oportet me sub animę meæ periculo pro illust. vestre clementię anima curam gerere, orare, atque exhortari, an aliquid efficere queam apud illustrissimam vestram clementiam. Neque tamen illustrissima vestra clementia neque vllus hominum, doctrinam meam extinguet aut impediet. Oportet eam progredi, sicut hæctenus fecit. Non enim mea est. Id vnum doleo quòd videre debeam, quomodo illustris. v. clementia tam horrèdè impingat in lapidem angularem Christũ. Et post multa huiusmodi blãda cõ-

VNDE LVTHERO

cludit. Hoc oro, hoc obsecro, solummodo emolliri se sinat illust. clementia vestra in hoc vno articulo, vt verbum Christi, quod per me in lucem venit, liberum sit: de quo absque dubio gaudent omnes angeli. Hæc Lutherus. Cui fortis, pius, & grauitate virili semper constans princeps, disertissimè respondit ad singulos epistolæ articulos, qui nec dolis, nec blanditijs, nec minis, aut conuitijs emolliri aut seduci valuit. Vtrumque enim fortunæ vultum toties ante expertus fuerat. Non dissimili astu, ducis Sabaudia principis verè catholici Caroli animum seducere nitebatur, vt autem eius captaret beneuolentiam sic exorsus est. In primis inquit veniam abs tua clementia peto illustrissime princeps, quòd ego sex hominum neque iussus neque vocatus ad tuam celsitudinem audeo scribere prior. Facit id gloria euangelij Christi, in qua & ego glorior & gaudeo: Vbi illam videro & audiero clarere, & surgere. Dabit igitur tua celsitudo id euangelij causa, quòd præ gaudio tuam dominationem illustrissimam saluto prior. Peruenit enim ad nos fama, (eamque confirmavit eques auratus gallus, incredibiliter feruens in gloriam euangelij, esse scilicet ducem Sabaudie, synceræ pietatis vehementer studiosum & c. Sed operam lusit: quoniam

princeps

princeps hic vti nouis his hæreticis infensissimus est, ita assentatorum fecem execratur maxime. Simili blandimento Regem Angliæ circumuenire tentauit, vt libri sui in Angliam reciperentur. Veniam primò postulauit quòd regem scurrilibus impetisset conuitijs immeritum. Deinde palinodiam se cantaturum spondit suorum scriptorum, si maiestati regiæ non sit contemnendum. Ac tandem sic orat. Ipse dominus coöperetur verbis meis, vt rex Angliæ breui fiat perfectus discipulus Christi, euangelijque professor, tum Lutheri clementissimus Dominus Amen.

Vbi autem Rex (vt sagacissime naris est) olfaceret quò tenderet subdola eius oratio, confestim responsum parat singulis Lutheri articulis aptissime satisfaciens. Ac inter cetera sic habet. Scribis Luthere vehemèter pudere te, oculos in nos attollere, quòd te tam leuiter passus sis per operarios iniquitatis (vt ais) aduersus nos moueri. Verum ego profectò non paulò magis admiror, quòd te non pudet serio leuare palpebras, & vel in Deum, vel in hominem quenquam probum oculos intendere, qui te passus sis instigante diabolo, in eam ingenij leuitatem cadere, vt ob carnis ineptias & obscenas libidines (quum frater Augustinianus esses, monacham Deo

O .v. dica-

VNDE LVTHERO

dicatam scelerato compressu violaris. Verum etiam quod nimio execrabilius est, publice pro vxore nuptijs incestissimis traduxisti. Atque ita palam summo cum totius mundi stupore, summo per orbem totum opprobrio vestro, summo cum sacrosancti coniugij contemptu, summa cum sanctissimorum votorum contumelia per nephas abuteris in quotidianum prostibulum & cæ. Scripsit præterea Antuerpiensibus epistolam. Et alteram item christianis qui sunt in Hollandia, Brabantia-que & Flandria, vt saltem Saxones credant Lutherum euangelio suo totum penè mundum repleffe. Mos hic est hæreticorum, vt si qui sint quos blandimentis, adulationibus emollire, dolis mendacijsque seducere nequeant, minas adiiciant, vt difficiles aut incredulos saltem eiusmodi terreant. Sic Valentinus & Marcion habebat quedam verba barbara & incognita, vehemētia & imperiosa: Et ea mira fiducia pronunciantes territabant iudices, infirmos rapiebant in suam sententiam. Mulieribus etiam spiritum prophetiæ dabant, asseuerantes prophetiam fore quicquid dicerent. Vt tradit Irenæus. Simili versutia vsus est Rex Syon Ioannes à Leydis oppido Hollandiæ, artificio sartor, factus anabaptistarum princeps, in ciuitate Monasteriensis

riensi vrbe Vvestualiaë . Hic dedit suis Apostolis vnique nummum aureum valoris .9. florenorum, quos misit in diuersas ciuitates. Qui urbem aliquã ingressi horribili clamore tonuerunt dicentes, Conuertimini & agite penitentiam . Tempus enim breue est, vt patet fit vobis misericors . Iam em̄ securis ad radicẽ posita est . Quòd si pacem nõ receperitis, breui subuertetur vrbs vestra. Deinde procedentes ad senatum accesserunt prætorium cuiuslibet vrbis, & coram senatu expandentes in terra pallia sua, nũmosq; illos super ea proijciantes dixerunt, Nos à patre huc sumus missi, ad annũciandũ vobis pacẽ. Quam si receperitis, bona vestra in cõmune tradite. Quòd si nolueritis, nos hoc aureo nummo protestamur coram Deo, quòd pacem eius non recipitis, sed contemnitis . Quàm verus fuerit vates docuit eius finis. Nam positus in ferrea cauea, melle litus volueribus, apibus ac muscis dilacerandus fuit expositus . Pari schemate ædidit Lutherus libellum theutonicum de destructione Hierusalẽ, qui venalis ferebatur in comitijs spirensibus an. 1526. In quo suũ cõmendãs euangeliũ, cuncta mala euẽtura denũciabat Germanis nisi ei obediretur. Nunc esset tẽpus inqt vt bonũ nostrũ agnosceremus & euãgeliũ cũ gaudio acceptaremus. Nũc em̄ offertur

offertur

VNDE LVTHERO

offertur nobis gratia per quam pacifici esse possimus. At non accipimus corde arbitramur nos esse tutos, & non videmus magnam cladem quæ iam contigit, Quos pro optimis habuimus, hi populum in errores mittunt, ut nesciant penè homines quid faciant, aut quid omittant. Est igitur nunc tempus gratiæ præ foribus. Nos autem contemnimus & reijcimus in ventum. Hoc Deus neque vult, neque potest nobis ignoscere. Quòd ergo verbum eius ita contemnimus ultione dignum est, & vlciscetur etiam si centum annos differatur ultio. At non diu differetur: Et quanto clarius est verbum tanto grauior erit ultio. Vereor ne tota Germania peritura sit. Deus hanc nequitiam inultam dimittere non potest: Nec diu conniuebit. Tota igitur Germania peribit ut vereor, oportet eam interire funditus. Ecce quos fictis blandimentis & fucis pellicere non valet terroribus pulsat. Sed Christus zelabit pro sua sponsa ecclesia. Simulatione ac mendacijs neque raris neque minimis vbique fere vsus est, quibus innoxios animos & simplices fascinare & pellicere studuit. Scripsit enim ad Carolum quintum Cæsarem epistolam simula humilitate odio sisque in aduersarios que relis accuratè depictam. Testor meâ consci-
 tiam

tiam inquit, ac optimorum virorum iudicio,
 non nisi euangelicam veritatem studui euul-
 gare, aduersus superstitiosas humanæ traditio-
 nis opiniones. Frustra veniam peto, frustra si-
 lentiū offero: Frustra pacis cōditiones propo-
 no, frustra meliora erudiri postulo. Sed mēti-
 ta est iniquitas sibi. Nam verbo licet asseru-
 erit sese submittere Roma. pontifici, sanctis
 patribus, ecclesiæ decretis, academijs insigni-
 bus, Oecumenicis concilijs, ac superiorum iu-
 dicio melius sentientium, factis aliud præsta-
 bat. Nam Roma. pontificem, patres veteres,
 concilia vniuersalia, vniuersitates, etiam ipsos
 Apostolos in primo concilio dixit errasse,
 ideo nullius voluit stare iudicio, ne angeli
 quidem, Ac in eam arrogantiam elatus est,
 vt dicat se de omnibus certum, nec in aliquo
 errasse. Voluit præterea cuilibet liberum
 esse, tenere & fouere suam opinionē & fidem.
 Quapropter reprehendit principes quòd se-
 uirent in anabaptistas. Ait enim vnicuique
 liberum esse debere credere vt velit. Nam si
 malè credat, satis ei penarum fore in inferno
 eternaliter, ideo non debet temporaliter quo-
 que puniri. Hæc Lutherus in libro contra
 anabaptistas. Sed nescit aut dissimulat Luthe-
 rus publicis quoque legibus in rebaptizato-
 res antiquitus animaduersum esse. Non vult
 atten-

C. ne san-
 ctam bap-
 tizeretur.

DE ALIIS HAC TEMPESTA.

Exod. 22.

Deut. 13.

attendere quid præceperit Dominus in Exodo, Maleficos nō patieris viuere. Et in deuterio. de prophetis qui somnijs seducūt homines, Auferes malum de medio tui. Dicit enim Innocentius Papa & recitatur dist. 83. ca. error Error cui non resistitur, approbatur. Et veritas cū minimè defensatur opprimitur. Negligere quippe cū possis perturbare peruersos, nihil aliud est q̄ fouere. Neque caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori definit obuiare. Itē dist. 45. ca. Sed illud dicit Hieron. Quæ enim est ista misericordia, quæ ista bonitas, vni parcere & omnes in discrimē adducere; Polluitur enim ex vno peccatore populus, sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur. Itaque mali auferendi sunt ne alijs noceant. Et sicut Iudæi aut Pagani ad fidem Christi non sunt compellendi, Ita qui fidem susceperunt tenere cogatur dicit cōciliū Toletanum, vt habetur dist. 45. ca. de Iudæis.

De aliis hac tempestate hærestarchis, ac eorum hærestibus abortis. CAP. XXXVIII.

PHILOM. Gratias tibi ago præceptor candidissime quòd tua diligentia disciuerim à perfidia Lutheranorū. Subortæne sunt & aliæ hæreses hac tempestate à quibus cauendum erit?

ORTHODOXVS Vtique. In primis occurrit

currit vir seditiosissimus Iacobus Kautius, qui inter cæteros articulos duos diuulgauit Vvormacię pessimos, tertium & quartum.

3. Tertius hic erat. Baptismus paruulorū à Deo profusus non est, sed directè cōtra Deū & cōtra Dei doctrinam, quæ nobis per Christū Iesum filiū eius prolata est. 4. Quartus. In cœna Domini neque est substantiale corpus aut sanguis Christi. Neque vsus illius hic vnquam ritè est celebratus. Hos articulos vbi Maguntię vidisset Cocleus, mox ædidit libellum Theutonicum, ad senatum Vvormaciensem, elidens omnia argumenta Kautij.

Euomuit errores aliquot prioribus multo horribiliores Præmonstratenē quidam monachus Magdeburgi Degens.

1. Infernus non est.

2. Christus non descendit ad inferna.

3. Patriarchę & prophetæ veteris legis non fuerunt in inferno.

4. Christus dum diceret hæly hæly lamazabathani, dānatus fuit quia desperauit.

O blasphemias nō vno tantū fulmine dignas.

Afferebantur & ex Morauia errores his nihilo inferiores.

1. Christus nō fuit verus De⁹ sed propheta.

2. Non est prædicandum Christi euangelium publicè in ecclesijs, sed solum priuatim

DE ALIIS HAC TEMPESTA.

uatum in domibus .

- 3 Inter Christianos nullus debet esse principatus aut magistratus .
- 4 Christianis inter se omnia bona debent esse communia .

Dies extremi iudicij elapso biennio futurus est Anno salutis .1545. In Phrisia surrexit laicus quidam in oppido Emeda nomine David georgius ex Delphis oppido Hollandiae natus, qui absurdissimos proposuit articulos.

Negauit resurrectionem carnis, extremum iudicium, Angelos, daemones, Baptismum, Matrimonium, scripturas, Paulum, Vitam æternam in cælo, affirmauit autem se tertium esse Dauid qui in regno Christi super terram regnare debeat, vxores voluit esse communes. Docuit non esse peccatum negare Christum coram hominibus. Non spiritum, sed solam carnem peccare: stultos fuisse Apostolos & Martyres, quòd tormenta mortemque propter Christi cõfessionem passi sunt. Equè bene saluantur spiritus infidelium sicut fidelium: Et equè bene damnatur caro Apostolorum sicut infidelium. Cæsar vbi hæc accepit, gladio & igne in huiusmodi hæreticos animaduertit, & sectam extirpauit. Erupit & alia hæresis noua in plerisque Sueviæ oppidis. Cuius author Slesita est. Hic Manicheorum

orum dogma repullulare iussit, docens Christum non fuisse conceptum in utero virginis Mariæ ex natura & sanguine eiusdem, officio spiritus sancti, neque ex ea natum sed aliunde à Deo creatum hominem assumpsisse.

Michaël serueti Hispanus ab Aragonia novam docuit Theologiam. Nempe quòd Christus tam iuxta carnem quàm iuxta spiritum habeat substantiam æternam. Et quòd in eadem substantia in qua tam iuxta carnem quàm iuxta spiritum nunc est, fuerit antea in cælo creator.

Michael Sellarius monachus apostata doctor & dux anabaptistarum Rotēburgi dixit.

- 1 In Sacramento non esse corpus & sanguinem Christi.
- 2 Non esse baptizandos pueros.
- 3 Non esse præstandum iuramentum superioribus.
- 4 Non esse resistendum Turcis.
- 5 Non esse inuocandos sanctos &cæ.

Quid actum est pro tuitione fidei hac tempestate oppugnata. CAP. XXXIX.

PHILOMATHES Tot hostibus ferociter emergentibus, domumque Israel haud impigrè oppugnantibus, Nemo semurum posuit pro domo Dei? Nemo se

P præbu

ACTA PRO TVITIO. FIDEI.

præbuit propugnatorem in tanto rerum discrimine ?

ORTHODOXVS Non erat segnior defensio quàm oppugnatio, ac vulpeculis vineam Domini demolientibus nunc aperta vi, nunc occultis cuniculis strenuè occursum est. Romanus Pontifex anathemate ferijt, Imperator gladium suum exacuit & limauit. Alij zelo fidei ducti, Romanæ ecclesiæ suam operam quàm diligentissimè nauarunt. Quidam publicis disceptationibus contra hæreticos disputantes, alij libris æditis, scripturis & rationibus hæreticos conuincentes. In hac concertatione præ ceteris conspicui fuere Ioânes Roffensis Episcopus Cantabrigiensis, Ioannes Faber Episcopus Viennensis, Ioannes Cocleus, Ioannes Eckius, Iudocus Clichtoueus, Iacobus Latomus, Albertus Pigius, Ioannes Dietenbergius, Hieronymus Emserus ac plures alij.

Anno salutis. 1526. In Badensi ciuitate Heluetiorum cōcertationem habuit Ioannes Eckius cum Oecolampadio ac alijs Lutheranis, ad quam suos oratores miserunt quatuor episcopi vicini, qui adessent disputationi faciendæ, potissimè de venerabili eucharistiæ Sacramento, sub exceptione notariorum. Et post multa verba vltro citroque habita, omnium

nium Heluetiorum publico dicto in catho-
licorum iustum fauorem, inter alios hi decreti
sunt articuli.

- 1 Verum Christi corpus eiusq; sanguis pre-
sentia sunt in Sacramento altaris.
- 2 Quæ & verè offeruntur in officio missæ,
pro viuis & pro defunctis.
- 3 Virgo Maria alijque sancti cœlicolę inuo-
candi sunt vt intercessores.
- 4 Domini nostri Iesu Christi eiusque san-
ctorum imagines delendę non sunt.
- 5 Post hanc vitam purgatorius est ignis.
- 6 Pueri etiam Christianorum in peccato ori-
ginali nascuntur.
- 7 Baptismus Christi non Ioannis tollit ori-
ginale peccatum.

Anno Domini . 1531. In comitijs Impe-
rialibus Augustæ celebratis, obtulere Prote-
stantes suos articulos. Sed in recessu conclu-
sere principes, constanter permanendum es-
se in antiqua fide & religione patrum. Nihil-
que innouandum aut mutandum ante gene-
ralis Concilij determinationem.

Anno . 1540. Factus est in Anglia autho-
ritate Regię Maiestatis, Episcoporum & ma-
gnatum consilio, omnium procerum & sta-
tuum conuentus, quem parlamentum vo-
cant. In quo post multas disputationes, con-

ACTA PRO TVITIO. FIDEI.

certationes, deliberationes, & argumenta vltro citroque habita, summo consensu omnium tam Regiæ Maieſtatis quàm vtriusque ſenatorij ordinis, ac plebis in hunc ſenatum coactæ, fuit & eſt deciſum & ſtatutum eo modo & forma quæ ſequitur.

1 In beatiffimo altaris Sacramento per virtutem & efficaciam potentiffimi verbi Chriſti, ſimul atque illud ſacerdos ore locutus fuerit, ſub forma panis & vini, naturale corpus & ſanguinem dominicū, conceptū ex Maria virgine realiter aſſe. Et poſt conſecrationem, nullā aut panis aut vini aut aliam quàm Chriſti Dei & hominis remanere ſubſtātiā.

2 Communicare ſub vtraque ſpecie non eſt omnibus hominibus iure diuino neceſſe ad ſalutem.

3 Credendum eſt & non dubitādum quoniā in carne ſub ſpecie panis ſit verus ſanguis. Et cum ſanguine ſub ſpecie vini ſit vera caro, tam diuiſim quàm coniunctim.

4 Sacerdotes poſtquam ſacris initiati ſunt, non poſſunt ducere vxores.

5 Vota caſtitalis ſiue viduitatis non temerè facta Deo, iure diuino ſunt obſeruāda.

6 Miſſas priuatas in Anglicana eccleſia admitteri ac celebrari ſimul & bonum & neceſſa-

necessarium est, missasque celebrare
quadrat iuri diuino.

7 Expedi necesseque est auricularem con-
fessionem retineri in ecclesia Dei.

Anno salutis. 1546. Factum est Ratis-
ponę colloquium catholicorum, & protestan-
tium, auctoritate Cæsareæ maiestatis pro con-
cordia religionis. Protestantes autem parti
suę diffidentes sese clanculò & paulatim ino-
pinata festinatione subtrahentes discesserunt.
Sicq; quod desiderabatur, indecisum remāsit.

Eodem Anno pro extirpandis hæresibus,
pro emendandis corruptis moribus, qui in ec-
clesia irreperunt, Romanus Pontifex Pau-
lus tertius concilium indixit generale cele-
brandum Tridenti, Cui præfecit tres Car-
dinales vita & eruditione clarissimos. Et ha-
bitæ sunt sex, quas vocant sessiones.

At iam Anno. 1551. Instauratum est
idem concilium celebrandum Tridenti iu-
bente Iulio tertio diuina prouidentia sum-
mo Pontifice, felicibus cœptis salutarem fi-
nem concedat altissimus.

Sed iam mi Philomathes ad alia vocor
negocia, hæc quæ dixi hæctenus alta mente
reponas figasque.

PHILOMATHES Vale præceptor vene-
rande ac secūdum Deum mihi perpetuò ad-
amande.

ACTA PRO TVITIO. FIDEI.

amande. Beasti enim me prorsus quem Lutherana fece ad ambas vsque aures immersum benigna manu erueris. Ago gratias ingentes, vtinam aliquando referre possim.

ORTHODOXVS Abundè retuleris si in catholica fide perstiteris, si communi omnium Domino sedulis me precibus commendaueris.

PHILOMATHES Meminero.

E R R A T A.

Folio.57. facie.2. linea.3. leg. & si nostra. Fo. 74. li.1. lege qui. Fol.75. li.ii. leg. detestantem probantem.

¶ Excudebat Bartholomæus Grauius impensis Martini Rotarij. Anno Domini 1551. 6. Idus Octob.

EI.


Lu-
fum
ntes,


fin
nni-
en-

Fo.
tem

m-
i

SM 3
6









Th

1699